Egat autem Gal'.singularem feb.ex sanguine fieri. Sanguis enim non suscipit putredinem nisi quantitate,sola phibeat a regimine nature. Complexio enim sua naturalis tēperata est. ¶ Si aūt cōplexio sua naturalis mutetur:vt calefiat ex seipso & in seipso generat extranea substātia que parata est putrefieri, quare subtile ipsius conuertitur in co.ru, grossum in melancoliā, quē Auicē. non secutus pbat feb. ex sanguine putrescēte posse generari sicut ex alijs humoribus. ¶ Johānicius filius dicit esse quattuor feb. singulares cōtinuas sm quattuor hu. sequens magis vestigiū sensus mendacium ꝙ veritatem. Et forsitā visum fuit Gal'.ꝙ sanguis dum est in proprijs terminis non corrumpitur. ¶ Cuz aūt excedit qualitatiue:exit pprios terminos & generatur alius humor quātitatiue. Humores autē sunt in proprijs terminis dum sunt ī debita temperantia qualitatum:& recta proportione quantitatis. ¶ Sanguis aūt nō videt peccare qualitatiue:nisi alius humor peccet quātitatiue. In sua enim complexione temperantiam habet.lz aūt alij hu.simul sint cum sanguine in venis:sunt tñ sm viciniitatem:& non sm cōmixtionem:aliter nō esset ɔtinua simplex. ¶ Uerūtñ extimant quidam putrefactionem vni humori accidere nō posse:nisi ꝙtūcūqꝫ pportōe accidat alij. Uidebat aūt alijs auctoribus. sanguinem posse esse extra cursum nature:tñ esse naturalē:et in specie humoris. Galieno visum fuit ɔ̃riū: qꝛ si est extra cursum nature:est inaturalis:& non sub specie humoris. & esse corruptū. ¶ Propria opinio. possum⁹ aūt dicere ꝙ elemēta dum sunt in pprijs terminis non corrūpunt:extra pprios terminos transeuntia corrumpunt.ita cum humores sunt in pprijs terminis nō corrumpunt.sed cum in venis ɔmiscētur cum sanguine humores corrumpunt & corrumpunt. ¶ Uñ sanguis simplr non corrumpit pter suam temperantiā:ceteri humores corrūpunt pter ɔ̃rias causas. Unde sanguis non peccat nisi qualitatiue dū est in pprijs terminis. Alij autē intelligunt dū est in terminis alienis ¶ Dicunt igit peccare sanguinem quantitatiue & in se ɔculcari & calefieri pter sui multitudinē:qꝛ non habet euentationem, Unde ebullit & distendit venas a quo fumus dissolutus pueniens ad cor inflāmat. nō tñ multū distēperat:& hec vocat synocha inflatiua. ¶ Itez aut pōt peccare quantitatiue non cum alio hu.distemperante ipsum vt co. que facit egredi ipsum a cursu naturali Uel sanguis est ī se nimis calefact⁹ a quacūqꝫ causa extranea. ¶ Unde idem fit ꝙ a quibusdam non videt ꝙ sanguis in se solo tñ possit calefieri vt putrescat.& si accidat cuz in se nō habeat cōtradictionē nec resistentiam calori putredinali:subtile ipsius fit co.et grossum melancolia per adustionem ꝙ accidit ppt multam terrestritatē ipsius & aeritatē. ¶ Aerium enim resoluit in ignē. terrestre in melācoliā.& hoc visum fuit Gal.qꝛ vt dicit Auicē.in illo caplo. oppinatus est Ga. Uisum fuit ei ꝙ sanguis cū calefit parat putredini: & generat ex seipso in seipso substātia extranea:que cum putrefit & ipa est ca.sicut ipse dicit:subtil' sanguis cum calefit:conuertitur ad co.ru.et grossus ad co.ni. ¶ Si sꝫ auctores alios sanguis cum non habet euen-

tationem: τ coartatur in venis calefit τ putrefit τ non generatur feb. putrida simplex continua vt ex alijs hu. Unde secundum Gal. tantum sunt tria genera febrium singularium. secundum alios sunt. iiij. Omnes autem que preter istas sunt: composite sunt secundum aliquem modum compositionis. Veruntamen quando materia composita commixta est per conuersionem vt in co. ci. vel vitellina: simplex dicitur. Sed alio modo vt supra dupliciter simpliciter distinximus.

¶ De speciebus synochi putridi.

Febris igitur que nascitur ex superaccensione sanguinis dicitur synochus τ diuiditur in epaugmasticam. Augmasticam τ homotenam. Est autem epaugmastica que a sui principio statim τ semper decrescit vsque in finem. Augmastica est que semper a sui principio augetur vsque in sui finem. homotena que a sui principio vsque in finem semper tenet equaliter. hec autem diuersitas est: quia parum in principio vel multum putrefit τ crescit vel decrescit vel equaliter putrescit. Sed queritur quare non accidit ista diuersitas in alijs hu. Et dico propter habilitatem sanguinis τ eius multitudinem. Alij hu. habent aliquam resistentiam: τ in minori sunt quantitate secundum respectum sanguinis. ¶ Item queritur cum omnis continua quattuor habeat tempora distinguibilia. s. principium. augmentum. statum. τ declinationem. cur non hec fe. solutio. augmastica. prin. τ augmentum habet manifesta statum τ declinationem occulta. Epaugmastica statum τ augmentum habet valde occulta. reliqua manifesta. homotena omnia tempora habet occulta. Dicit autem Constan. quod in augmastica est timor mortis propter debilitatem virtutis τ multitudinem materie que paulatim inualescit contra naturam. ¶ Raro autem in hac crisis ad bonum est. In epaugmastica est spes salutis propter fortitudinem virtutis τ paucitatem materie τ habilitatem τ consumptionem. τ ideo paulatim confortatur natura supra morbum vsque quo totum expellat. In homotena non est timor nec spes tantum sed vtrumque. s. propter parem resistentiam τ equalem pugnam morbi τ nature. Comparat autem Constan. has feb. rogo. i. igni forti τ lignis. ¶ Si enim ligna arida in forti foco projciantur vel stipula statim accenditur nec cessat ignis minui quousque totum consumatur. Si vero lignorum viridium congeries in rogo minus forti projciatur paulatim rogus supra materiam τ continue augmentatur τ crescit vsque in finem. ¶ Si vero rogus et ligna equaliter proportionentur in fortitudine: tunc est perseuerantia in eodem tenore. Videtur autem quod huiusmodi febres potius debeant fieri ex flegmate τ co. quam de sanguine. ¶ Co. enim valde habilis est consumptioni. ergo postquam incipit inflammari continue deberet decrescere vsque in finem. E conuerso flegma est valde viscosum. ergo paulatim debet accendi τ non subito propter resistentiam naturalis dispositionis. Unde co. comparabilis est lignis aridis flegma viridibus. Bene autem concedo quod in duplici tertiana: τ in alijs duplicibus tales incidunt feb. frequentius tamen fiunt de sanguine. Et quia frequentius. ideo Constan. in synocho exemplificat.

¶ De diuisione compositarum continuarum.

De continuis aūt composit; lз plures sint spēs: nō habemus nisi pauca noīa. Scđз enī ꝙ ꝯueniunt equaliter ad febrez sanguis ⁊ co. habemus hanc appellationē: causon: synochus: q2 ꝑm ꝙ plus est de sanguīe dicit causon synochides. ⁊ ꝑm ꝙ plus ē de co. synochus causonides. ¶ Sunt enim multa genera cōmixtionū intra vasa: vt cōmixtio vni⁹ hūoris. s. naturalis vl' inaturalis cū alio naturali. vl' inaturali. Sз hax noīa nō habemus: ⁊ medicus non curat nisi de famosis. ¶ Hax aūt cura ex curis simplicium dependet vt ꝑm cōpositionem materie cōponant medicine. ⁊ ideo de talibus tractatum pretermittit.

¶ De emitriteis.

Componuntur autem feb. alio genere cōpositionis: vt de diuersis hu. in natura in diuersis locis singulariter putrefactis. Quox vnus putrefit intra vasa reliqu⁹ extra. Quorum vterꝗ sufficit ad feb. inducendam per se. Et ꝗuis in hac cōpositione multe spēs feb. diuerse reperiantur. nos tñ non nisi de tribus notioribus: de quibus predecessores tractauerunt mentionē faciemus. Emitriteus est feb. composita ex diuersis humoribus in natura. Quorum vnus putrefit intra vasa ⁊ ali⁹ extra, ita ꝙ vterꝗ sufficeret ad faciendam feb. per se. ⁊ est feb. cōtinua ratione materie putrefacte intra vasa. Sed ratione materie putrefacte extra vasa dicitur interpolata cum febris formalis semper sit ī effectu. ¶ Dicitur aūt emitriteus ab emi quod est dimidium ⁊ triteus qđ est tertiana. ⁊ hoc duabus rationibus. Una quia habet alteram sui materiam tritei. vel ita mediam vel quasi mediā. Alia ratio est quia habet medietatem vere vel false declinationis tritei additam suo summo labori. Uera declinatio tritei dicitur dies interpolationis. Declinatio falsa dicitur tempus laboris non summum siue medietas afflictionis: ⁊ est duodecim horarum. vera vigintiquattuor. ¶ Sunt aūt tres species emitritei determinate ab auctoribus ꝗuis multo plures sint vt dixim⁹. Sed quia per istas possunt intelligi ⁊ alie. de istis exequamur. ¶ Designantur autē per istas appellatiōes minor emitriteus medius ⁊ maior. Et de diuersitate materiarum et de oppositionibus diuersis circa eas cum de morbis et eorum curis exequemur: inferius determinabimus. ¶ De alijs autez diuersitatibus febrium: vt quando aliquis humor putrefit cuius pars dissoluitur extra ⁊ infrigidat exteriora reliqua petit interiora et inducit feb. in effectu. Aut cum duo humores contrarij commiscentur: vno petente interiora: reliquo exteriora: actiones diuersas inducūt qđ in capitulo de epiala manifestabitur.

¶ De causis interpolationis paroxismorum in interpolatis et cõtinuationis in continuis.



Interpolationis quatuor sunt cause. s. fluxus materie ad locũ putrefactiõis et paulatim et intermissus: libera fumorum euentatio: remotio materie a corde ẽm directionẽ nõ ẽm localẽ distantiam impedita fumorum respiratio ad cor paulatim fluxus est: quia dum aliquis locus est infectus: nõ cessat humores trahere ad se. et attractos inficit et corrumpit. Intermissus aũt est materia non collecta in aliquo mẽbro: dum in prima accessione non põt illam tolerare: operatur in ipsam resoluendo fumos: vt sic exhalet. ¶ Remanente aũt aliqua parte materie membrorum infectũ ab illa trahit ad se humorẽ donec iterum non possit tolerare quãtitatẽ materie. Dum aũt membrũ resoluit materiam: inficit a fumis et patit: et tũc non indicat sensus attrahere ipsum: cum tñ attrahat. ¶ Libera euentatio: quia fumi cũ non coartent a vena vel arteria: que sunt solida corpora sed in spongiositate membri et raritate contineantur de facili per poros exeunt. et tũc cessat afflictio. Remotio materie a corde ẽm directionem et ↄtinuũ: quia materia ↄtenta in renibus ppinquior est cordi ẽm ↄtinuũ et directum: quam materia ↄtẽta in ore stomachi. A renibus enim directe trãsmittunt vene ad cor. Ab ore stomachi ad cor multi sunt anfractus.

¶ Respiratio fumorum ad cor manifestata et sensibilis: quia forme ↄtinue respirant fumi ad cor. sed nõ sic sensibiliter vt sensibilem et manifestam inducant lesionem donec multũ de materia aggregatum fuerit et ↄcul catum et corruptum. ¶ Corruptio enim et ↄuersio in id qd est preter naturam fit in hu. attractis ad locum infectum ↄtinentie sicut attrahunt sed nõ est superaccensio et ebullitio donec multiplicatio et ↄculcatio fiat in eis et in fumis. ¶ Continuatõis cause sunt his ↄtrarie. s. cõtinua in venis putrefactio. fumorum coartatio. respirationis phibitio. directa ad cor ascensio. Et quintum dicunt quidam esse impuritatem sanguis et eius defectus: quia impurũ sanguinem membra respuunt: vnde acuit calor et putrefactio. Et dicitur sanguis impurus aut penetratõe mali humoris in ipm: aut mali nutrimẽti: aut infectio vasorum: sed hoc põt esse cã putrefactionis et nõ ↄtinuitatis.

¶ Hic autẽ quidam assignant tres causas quare vna interpolet magis quam alia. s. aptitudo hũoris ad putredinem: et per cõtrarium repugnantia. ¶ Item velocitas vel tarditas materie ad locum putredinis decurrentis. velox vel tarda putrescentium humorum ↄsumptio. Alij ãt duas causas velocitatis vel tarditatis assignãt. s. habilitatẽ fluẽdi ad locũ putrefactiõis: et habilitatẽ putrefiendi: qd sic patet: quia in vnoquoque corpore plus est de sanguine quam de alio hu. deĩde de fle. plus quam de co. de colera plus quam de melancolia. ¶ Cũ igit sicut patet in flegmate multitudo et liquiditas sint cã quare cito fluat ad locum putrefactionis. et cum humiditas sit plus passibilis: cito putrefit. et sic parum interpolat. Sed cum parum sit de melancolia et multum sit cõpacta: non est apta ad fluxum. et cũ sit frigida et sicca repugnat putrefactioni. et iõ multũ ĩterpolat. ¶ Colera quare media quãtitate et materiali dispositione: nec ita cito.

vt flegma nec ita tarde putrescit vt melancolia. patēs est igitur ꝙ vna causa accipit penes qualitates. qm̄ calor cito mouet. frigiditas motui contradicit. humidum cito passibile est. siccū tarde. quare erit aptitudo penes qualitates. scʒ penes calidum ꝛ humidum ineptitudo penes cōtraria. scʒ frigidū ꝛ siccum. quare si cōiungantur erit contradictio ex parte vtriusqʒ qualitatis. Oīs autē q̄litas hebes est sub humido ꝛ acuitur cuʒ sicco. ergo fortius resistit calor naturalis in co. minꝰ in flegmate cum ſm humiduʒ disponat. Alia causa accipitur penes accessum ipiꝰ qm̄ penes humiditateʒ fluendi que est liquiditas vel spissitudo. ꝛ multitudo vel paruitas. ꝛ alia etiā penes consumptionem humorum que est viscositas vel subtilitas. Unde dico ꝙ tm̄ tres fe. interpolant scʒ tertiana: quotidiana: q̄rtana siue sint vere: siue sint nothe: naturalr̄ aūt alie innaturaliter que ex materia haruʒ sunt composite vtpote quintane ꝛc̄. Dico ꝙ resistentia putrefactiōis in flegmate a frigiditate est: ꝛ retētio ipius ab humiditate viscosa qđ nō videtur verisimile cum humiduʒ faciat ad facilem dispositionem ꝛ non ad retentionem. humiditas em̄ facile recipit ꝛ facile deponit Unde omnes dispositiōes recipiens: nullam retinet. Et dicimus ad hoc ꝙ sicut i igne exteriore saluatur ignis dū humiditas ē in lignis ꝛ destruit ignis cum humiditas iporum destruitur ꝛ incinerantur ligna: similiter est in exterioribꝰ nostri corporis scʒ ꝙ dū stat humiditas viscosa flegmat salvabit ignis putredinalis. ꝛ hec humiditas cū finit ꝛ incinerat flegma separat ignis qui est feb. ꝛ qꝛ est humiditas multa flegmatis, ideo maius tempꝰ requirit in affligendo anteq̄ dissoluatur propter retentionē a viscositate ꝛ impedimentum a multitudine. Paucuʒ igitur tempus est resistentie ꝛ quietis. propter hoc habet. xviij. horas in labore ꝛ sex in q̄te. Unde propter paucitatem q̄tis non mundificatur corpus tempore aliquo omnino ab accidentibus febris

De qualitatibus paroxismorum i interpolatis veris.

Sic ergo patet in ista feb. ꝙ duratio paroxismi est a viscositate materie ꝛ multitudīe. Sʒ ſm Constantinum cuʒ quotidiana habeat. xviij. horas in labore. xij. habet in summo. vj. habet in falsa quiete. ꝛ. vj. in vera quiete. Sex autem habet in falsa quiete quia sicut remoto igne a fornace remanet calor consumptis lignis: sic materia feb. consumpta ꝛ incinerata. remanet adhuc calor in corpore: ꝛ affligitur corpus. quandoqʒ tamē plus: quādoqʒ minus est in summo labore vel non summo. Qꝫ igitur duret labor sūmus magis. vl'minꝰ: cooperatur dispositio materie ꝛ dispositio virtutis ꝛ dispositio membri dispositio materie vt sit habilis cōsumptioni: vel vt sit multa vel pauca viscosa vel non viscosa: subtilis vel grossa disposita q̄litate cooperante ad illud vel cōtradicente. Itē dispositio virtutis quia fortis virtꝰ cito terminat laborem. Item dispositio membri: quia si materia situata est i membro raro: cito euaporat: si spissa diu durat. In febre aūt colerica resistētia putrefactionis ē a siccitate, ꝛ quia associata est ei cali

ditas:cito finitur putredo:propter etiam subtilitatem colere que babilis est consumptioni.⁊ propter boc est breue tempus laboris.babet em̄ duodecim boras in summo labore. in falsa quiete sex.in vera quiete triginta.ergo in quiete sunt triginta sex bore. ¶ Triplicat ergo tertiana boras quietis ad boras laboris.
Quotidiana vo triplicat boras laboris ad boras quietis. quartana procedit medio modo. ¶ Duplicat em̄ tempus quietis ad boras laboris. Habet em̄.xlviij.boras in quiete.xxiiij.in labore.sed videt q̄ debe ret triplicare quietem ad tertianã. babet em̄ duplicatam causam resistẽtie.s.fri.⁊sic.tertiana tm̄ siccitatẽ ¶ Item grossissima est materia et inobediens putrefactioni tã ex pte substantie q̄ qualitatum. et dicunt ad boc q̄ grossicies materie est causa:q2 materia multa grossa cũ incineretur:l3 calor separetur a corpe: remanet aliquid aliud de extraneo calore.quare materia icinerata nõ omnino inuudificat a calore.quare acceleratur velox reditus putrefactionis supra materiam. Et iterum vasa fortius inficiuntur.⁊ ideo fortius acceleratur actus.⁊ ppter boc non triplicat tempus quietis ad tẽpus laboris:sed duplicat. ¶ Hic q̄rit de b' qd̄ dicit Ypo.q̄buscũq3 q̄tidie rigores fiunt:quotidie soluunt ⁊ si quotidie soluunt:quare quotidie reciprocantur. Hic autẽ quidã dicunt siue ponunt causam infectionem vasorum a materia corrupta attrabentium bumorem,et conuertentem in corruptam materiam et infectam.vnde putrida materia inficit vasa que infecta inficiũt.quousq3 fiat plenaria mundificatio inficientis ⁊ infecti, ¶ Alij dicunt q̄ quẽadmodum in lignis bumiditate ɔsumpta remanet cinis ineptus ɔsumptioni:ita in materia putredinali ɔsumpta bumiditate remanet cinis qui materiam cõfluentem ad locum putrefactionis in naturã cõuertit a qua fuit generata. Acquirit enim pristinã dispositionẽ cum nõ oĩo sicut in exterioribus possit incinerari.alijs autẽ videt q̄ quẽadmodũ vnctuositas sauguinis est pabulum caloris naturalis: ita vnctuosa fumositas materie putredinalis:fomentum est caloris innaturalis ⁊ febrilis:qua ɔsumpta consumitur:⁊permanente:permanet. Unctuositas aũt que dissoluitur in fumum:ɔsumitur.que vo adberet parietibus vasoꝝ.i.venaꝝ nõ ɔsumitur. Sed materiam aduenientẽ sua vnctuositate disponit. Alij dicũt q̄ cã antecedẽs est ĩ venis minorib⁹⁊ stat et cum mouetur a suo motore extra magis babile mouet ⁊putrefit in effectu:⁊ causa antecedẽs ꝫm sui ptẽ ponitur sub cõiuncta.pars autẽ extra fluit supra sensibilia mẽbra que non putruit in effectu ⁊ frigescit douec putrefiat. Frigus em̄ vt dicit Auicẽ.ẽ ex eo qd̄ ñ putruit calor vo ex eo q̄ putruit.q̄ g̃ soluitur est causa coniuncta:antecedens que quiescit in venis.non ipa enim aduenientem materiam in suam cõuertit naturam. Alij dicunt q̄ cum calor sit debilis ⁊ debiliter agens ĩ materiam putredinalẽ intra venas materiam putredinalem debiliter resoluit ⁊ nõ omnino.sed soluit ei⁹ partem ⁊ ponit ipsam in fumum et vaporem ⁊ flammam cum peruenit ad cor in effectu. Reliqua ãt ps nõ expellitur:tum ppter debilitatem caloris:tum ppter materie indigeste inobedientiam. ¶ Calor autem

naturalis non euacuat nisi digestū nisi stimuletur: vnde fit sicut accidit ī particularibus crisibus. Materia autem remanens acquirit ⁊ multiplicat se in vnctuositate sanguinis ⁊ conuertit in suam naturam ⁊ mouente motore extrinseco: mouetur ⁊ putrefit. ⁊ ex his poteris eligere quā volueris retinere. Patet igitur ſm tres causas maioris vel minoris interpolationis. q̄ flegma quia est fluidū ⁊ liquidum. ⁊ est multum in corpore plus q̄ de alio hu. preter quam de sanguine velociter currit ad locum putrefactiōis ⁊ velociter putrescit. sed non velociter ꝯsumitur. Colera aūt quia sicca est tarde fluit ad locum putrefactionis. ⁊ quia nō multa ē vt de flegmate. ſ3 cito ꝑpter leuitatem et subtilitatem ponitur sub putredine: ⁊ etiam velocius cōsumitur. Melancolia autem quia pauca: tarde fluit ad locum putrefactionis: quia grossa ⁊ vtraq3 qualitate repugnat putrefactioni: tarde putrescit. et propter grossiciem: tarde dimittit ⁊ tarde ꝯsumitur.

¶ De causis maioris interpolationis vt quintane ⁊c̄.

Sunt ⁊ alie feb. maioris interpolationis vt quando aliqua species flegmatis componitur cum melancolia per commixtionem ⁊ conuersionem vni⁹ in aliud ⁊ fiant ambo vn⁹ humor innaturalis. Si enim esset ibi commixtio per simplicem accessum: non essent simplices feb. sed cōposite. Et earum nomina sunt quintana sextana ⁊c̄. de quibus īferius declarabitur. Sunt preterea feb. interpolate facte quandoq3 ex materia simplici quandoq3 ex materia cōposita que dicuntur erratice. ab inordinato modo affligendi. Modo enim affligit ad similitudinem tertiane. modo ad similitudinem quartane: aut quotidiane: aut affligit circulariter anticipando vel suboccupando quousq3 redeant ad punctū quo inceperunt. Et anticipatio a quibusda3 comprobatur esse signū digestionis vt in pluribus quēadmodum multotiens videmus ī tertiana. Materia em̄ digesta citius mouetur natura contra morbum et fortius vt materiam complete expellat ⁊ mundificet corpus a feb. totaliter: aut parum relinquet de materia. est tamen signum curationis. Si autem accidit materia indigesta: significat stimulatione3 nature ⁊ tunc prolixitatem egritudinis.

¶ Suboccupatio autem est signu3 malum. si tamen accideret materia digesta a virtute debili fieret. ⁊ posset esse spes salutis post lōgum tempus. De feb. autem erraticis plene in suo loco dicemus. preterea cum omne mobile habeat peryodu3 sui motus. sicut patet in cane qui non durat nisi. x. annis. oliua centum. ꝑ ficus q̄nq3 annis. patet q̄ h̄ est ſm diuersas q̄litates moti et fortitud. mouentis ⁊ etiā ſm diuersas dispositiones moti materiales.

¶ De motu humoꝝ inuestigatio.

De motu aūt humorum adhuc est plenius inuestigandū aut em̄ fit a natura rei extrinsece: aut ī trinsece: aut aliūde. Dicunt em̄ auctores q̄ hūores suis horis naturalr̄ mouentur vt san. ab hora nona noctis vsq3 ad tertiā diei.

¶ Sed ꝗ. Si mouetur: ergo mouetur motu simplici vel composito. si simplici: ergo locali vel conuertibili.

Sed humores localiter nō mouen-
tur neq̧ cōuertuntur. qm̄ ex eis nō
fiunt alij humores ꝭm essentiā nec
ꝭm alterationē. ¶ Sanguis enim
in tali motu nec alteratur de quali-
tate in qualitatē nec de substantia
in substantiam: que sunt species cō
uertibilis motus. Itē nec motu cō-
posito. non enim interuenit genera
tio ⁊ corruptio vel augmentum ⁊ di
minutio: que sunt species motus cō
positi: qm̄ in tali motu nihil genera
tur. neq̧ corrumpitur nec augetur
vel diminuit. Motus enim cōposi
tus fit ex duobus simplicibus moti
bus. s. locali ⁊ conuertibili: vel eoꝝ
speciebus que ibi reperiri non pn̄t.
¶ Queritur aūt q̄d operetur talē
motū. si natura mēbri: querit que
sit illa. si virtus regitur a corpore.
Sed cum ista virtus ministret ne-
cessaria debitꝫ horis. ergo si sangui
nem inueniat eque: administrabit
post horam sanguinis ⁊ mouebit si
cut hora san. dum modo non impe-
diatur neq̧ potest diuidi motu di-
gestionis. neq̧ eñ mutat ab eēntia
sua: neq̧ a sua qualitate: neq̧ loca-
liter qui motus cōpositus reperiat
in digestione. ¶ Dicimus igitur ꝙ
mouentur humores partim a natu-
ra intra: partim a natura extra. oēs
enim hu. iiij. qualitatibus disponū-
tur. Quare due mouentur ad extra
due ad intra. ad extra ca. ⁊ hu. ⁊ ad
intra: fri. ⁊ sic. Et lꝫ composite sint
qualitates ī humoribus: a fortiori
motus causatur. ¶ Dico autem ꝙ
iste motus localis nō est: quoniam
nō est extra se: nec alteratus: qm̄ nō
fit mutatio circa temperātiam nec
conuertibilis in essentiā. Predicta
autē diuisio data est de motu cum
simpliciter fit ab eo qd̄ est intra vel
extra. Et dico ꝙ iste motus qui est
a natura intranea causat a natura
extranea. s. a dispositione aeris na-
turali non accidentali ꝭm ꝙ dispo-
nitur a motu solis vt placet auctori
bus: vel a medio deferente virtutē
a superioribus. Uel fit imutatio in
inferioribus ꝭm superiora sine me-
dio. Et dico ꝙ sole redeunte ꝭm am
bitum sui circuli iuxta matutinalē
horam: q₂ eius recessu a nr̄o emispe-
rio ⁊ eo recedēte: recedit calefactio
ab aere ex radiorum multiplicatōe
generata ⁊ succedit frigiditas con-
gregans humidū resolutū a parti-
bus terreis ⁊ aqueis ⁊ ipsa natura
aeris. quare multiplicatur humidū
multa humiditate. ⁊ disponitur aer
⁊ calefit. ¶ Continens autem imu-
tat contentum ad suam crasim. Uñ
dico ꝙ tali dispositiōe aeris: dispo-
nitur sanguis simili affectione: ⁊ ꝭꝫ
ꝙ disponitur naturaliter aer a sole
disponitur humor in corpore ⁊ non
accidentaliter. Quāuis enim aer in
mane disponatur frigiditate cōge-
lante ⁊ siccitate. dico eñ hᵒ adueni-
re nō natuliter: qm̄ relicta calidita
te naturali intranea facta compara
tione ad reliquas horas disponet.
⁊ similiter humiditate. Silr̄ dico de
dispositione accidentali aduenīēte
vt pluuia adueniente in tertia. non
tn̄ mutabitur dispositio naturalis
quam recipit a sole. ¶ Unde inest-
dispositio occulta ⁊ recepta per me
dium aliquod deferens vel sine me
dio: q₂ dubitatio est de medio quō
virtutes deferunt vel fiat imutatio
sine delatione. Et dicit Auicen. ꝙ
humores habēt causas sui motus.
quare prohibetur ne pa. fluxū san.
a naribus respiciat res ru. Et qui-
dam indutus vestem ru. incedebat
iuxta fontem habentē harenas ru.
in fundo ⁊ turbabatur. ⁊ dicunt hic

rationẽ: qm̃ affectio fit ex parte rei similis. Unde spiritus in sanguine mouent sang. ad exitum propter affectionem similez. Et aliquando inficiuntur spiritus per medium ab inficiente. quare ex p̃sentia ipsius mouentur. quare sanguinant vulnera interfecti presente interfectore: vel instrumento quo medio facta fuit occisio. et hoc dico si adhuc fuerit in corpore relictum aliquid de calore naturali actuali. Dico autem ꝙ int̃ similia non est infectio nisi fortior sit inficiens. Et dicunt quidam hic esse motum tanꝙ imperfecti vt perficiatur. quare trahit̃ co. a reubar. et ferrũ a magnete et palee a gagate sed ista virtus est omnino specifica que data est a quinto et in talib⁹ nõ est ratio neqȝ natura. sed virtus vltra naturam et rationem naturalem insita et occulta. ¶ Hic autem videtur quibusdam ꝙ aer calidus ĩ mane et humidus intendat caliditatez et humiditatẽ in sanguine vt fiat alteratio: quare et motus alteratus. Et si opponatur ꝙ si aer disponat̃ frigiditate et sic videatur impediri motus sanguinis dicunt aerem retinere naturam suam intrinsecam ꝼm quã immutat: queadmodũ accidit in canicularib⁹ dieb⁹. qd̃ ꝙuis aer disponatur frigiditate: naturaz tamen canicl̃e retinet. Idem autez intelligo ĩ horis flegmatis co. et melancolie. Est igitur alteratio in humoribus ꝼm qualitatum intensiones a qualitatibus cooperãte natura intrinseca. ¶ Itez dicunt auctores ꝙ crescente luna omne humidũ habet incremẽtum. Unde p̃ma etas lune dicitur ca. et hu. vnde crescunt medulle in animalibus. ¶ Querit̃ quomodo luna consequatur hũc effectuz. Si dicatur ꝙ h̃ habet a sole contra. Dicit macrobius ꝙ luna solam claritatẽ recipit a sole et nõ calisditatẽ. ergo illum effectum non habet a sole. Et dico ꝙ macrobius loquitur ꝼm manifestiorem effectum quẽ luna recipit a sole. s. claritatez: sicut dicitur ꝙ medius odor nõ percipitur. quia non percipitur manifeste sicut alij odores.

¶ De motu innaturalis humoris.



Item de motu ĩnaturalis humoris queritur qua hora debeat moueri an a natura inficientis. s. co. quia tunc deberet moueri hora co. an ꝼm naturam infecti. quoniã tunc deberet moueri hora flegmatis ex quo naturaliter est generatus. Item queritur vtruz motus ipsius sit a natura. ꝙ nõ sit a natura videtur: qm̃ est ad destructionem: res naturalis est ad esse. q̃re est res innaturalis. et ei⁹ est motus contra naturam. Et dico ꝙ isti motus dicuntur de rebus naturalibus tantum quantum ad motus. ¶ Humores ỽo innaturales. qꝛ duplicem habent naturam per violentiam diuersis horis mouent̃. Q̃nqȝ enim mouetur flegma salsum in horis co. quia trahitur ad motum co. per infectionem quam habet a co. quandoqȝ ad motuz flegmatis propter intrinsecam sui naturam. Itez queritur cuz co. moueatur de tertio in tertium diem an habeat hoc a natura. an a morbo. Si esset a natura esset motus naturalis. Si a cã morbi: ergo iste motus est innaturalis. Si ab vtroqȝ. ergo habet causas cõtrarias sui motus. Et concedo ꝙ talis mot⁹ est a morbo. vel ab aliqua

causa faciente ad morbum. et sic est localis et innaturalis.s.bm q moue tur de tertio i tertium. ¶ Est tamē naturalis quantum ad motū quē fa cit natura intrinseca humoris.s. q mouetur hora tertia. Cum ergo mo ueatur vtroq motu.motus innatu ralis ita denigrat naturalem: q na turalis fere imperceptibilis est.pa tet autem per superius dicta q co. quia parua est in quantitate respe ctu aliorum hu.et propter resisten tiam quā habet a siccitate: non tm̄ fluit ad locū hora co.q sufficiat fe brem inducere quotidie. Similiter dico de melancolia.

¶ De differentijs febrium genera libus et de signis discretiuis febriū putridarum ad alias.

Differentias febrium gene rales oportet hic differere per suas significationes. q quidem sunt signa medico. Accidē tia tamen egroto.et pmo feb.putri daꝶ significationes ponam9 discre tiuas ad alias feb.duas. Et sūt qui dem vt sub numero comprehenda mus generalr.x.et est prima: qm̄ fe. putredinalis semp habet cām ante cedentē que longo tpe stat i corpe. Supueniente aūt cā extranea: cale fit et putrescit in effectu. Scda autē significatio est qz feb.putredinalez antecedit rigor vel frigus maxime si materia fuerit extra vasa in sensi bilibus membris. Sed tm̄ nō est ne cesse vt ois feb.habens rigorem sit putrida.qz aliquādo rigor accidit i ephimera per accidens. ¶ Ephime ra em̄ si malos humores in corpore inuenerit:calefacit eos et mouet et fumum generat quo sensibilia mē bra pungente:rigor innascit. sz tal' rigor nō diu pmanet.imo cito finit Differentia aūt inter rigorē et frig9 est h.qz in rigore sentit pa.punctu ras quasi acus vel spine essent i car ne penetrantes .sed non pmanet h dispositio diu.qz cā hui9 sūt calidi hu.et acuti facilis dissolutionis. In frigore aūt sentiunt egri quasi nix aut aliqua res frigida esset ꝯgelās et coartans mēbra. et hec dispositio est diuturnioris more.qz ei9 cā sunt humores graues et tardi ad dissol uendum sicut flegmatici et melanco lici. Et de his dicemus statim. Ter tia significatio est qz fe. putredinal' interpolationem habet verā quēad modū interpolant in fe.iterpolatꝫ. Uel declinationē māifestā: quēad modū paroxismos i ꝯtinuis. Quar ta significatio est qz calor qui est fe bris putride:est fortissimus et pun gitiuus:ita vt si manus sup corpus infirmi ponat:sentit quasi scintille ignis in volam manus penetrarēt. Quinta autem significatio est quia feb.putrida maximā generat angu stiam ꝓpter grossitudinem fumi de putredine generati propter quā fit coadunatio caloris et virtutis ad in teriora donec natura expediat se a fumo illo. Et h quidē tempus expe ditionis diuersat bm diuersitatem materie in subtilitate et grossicie. si em̄ materia fuerit subtilis et fortis virtus cū velocitate dissoluit et spar gitur p corpus et redit virt9 ad mē bra vt pus. q si fuerit materia gros sa et tarda ad cōmouendū:aggrauat naturam et tardat eius dissolutio. Unde cuꝫ tarditate redit virtus ad membra. Sexta significatio est qz in statu fe.accidūt accidentia signi ficantia cōplementū putredinis:sicē est dolor capitis:malicia hanelitus et similia. Septima est qz corpus in

se.putrida nō mundificat omnino apud quietem febrilē:sed remanēt in corpore male qualitates.propter quas iterato redeunt accessiones. Octauum signū est qm̄ hec feb.non permanet in vniformitate ad solutionem:sed quiescit sicut in interpolatis omnino:et declinat sicut in cōtinuis in paroxismis. Nonū signū sumit ex vrine dispositione:vt odore ipsius et colore et substantia q̄ putredinem ostendūt.Decima significatio sumit a pulsu:cuius maioritatē ɔstrictio super dilatationē,sicut prediximus.

¶ De differentijs interpolate ad ephimeram.

Differentia aūt iter putridam et ephimerā est vt signa que dicuntur iam in putridis nō contingat reperire nec in pulsu nec in tactu nec in vrina nec i decoloratione vel declinatione:qm̄ in pulsu in ephimera maior reperit dilatatio q̄ cōstrictio et velocior.s. diastole q̄ sistole.q2 ad mitigatiōē caloris innati et spirituū maior est necessitas attractionis aeris q̄ expulsionis cū sit sine materia.In putrida maiorat sistole ꝑpter necessitatē expulsionis vaporis putridi. Itē in tactu ephimere calor corꝑis parum excedit calorē naturalē et cito transit a ꝑncipio ad augmentū: ab augmēto ad statum: nec ɔtinua videt habere tempora.et illa sine angustia et labore. Item vrina parum aut nihil excedit naturalem nec in colore nec in substantia. Item non habet causam antecedentem sui:q2 materialis non est. Rigor aūt de signis est equiuocis. Sed si accedat rigor corpori mundificato vel purgato presumendum est ex rigore de ephimera. ¶ Quādoq3 autē omnia signa dicta occultant vt non possit constare medico de ephimera vł putrida:et tūc oportet expectare crisim vel motum materie vsq3 ad diē crastinum:vel tertiū vel quartū. et tūc apparebūt signa putride vel ephimere.Unde precipit Constantinus q̄ differatur Bal. vsq3 ad declinationem.

¶ De differentijs ethice ad alias.

Febris autem ethica manifestas habet differētias ad alias feb.in omnibus suis dispositionibus:nec hic eas oportet differere:quia inferius plenarie explicabuntur. Sed putridarum adinuicem signa interpolatarū scilicet que diuersificantur ꝑm typorum diuersitates: hic innodemus incipientes a typo tanq̄ a generaliori.

¶ De typis.

Typus igitur accipitur generaliter et communiter et proprie et specialiter: et proprijssime. Generaliter accipitur et largissime ꝑm q̄ ab alijs complectitur oēs typos ꝑm q̄ accidit febribus.et quandoq3 in continuis: quandoq3 in iterpolatis:vt causone tertiana:quartana et alijs egritudinibus:vt ignito apostemate: vel debilitate radicalium: et in senibus et etiam quandoq3 in sanis: et fit generaliter ex destitutione caloris naturalis in sensibilibus membris.

¶ Nomine autem generali τ communi τ proprio accipitur ꝑm ꝙ diuiditur in tres typos.s.in frigus rigorem τ horripilationem ꝑm ꝙ sic describitur. ¶ Typus autem est accidens feb. interpolatarum concomitans ꝑm aduentum non ꝑm moram vel recessum. Unde ex eo ꝙ figurat.i.demõstrat in principio paroxismi typus dicitur. Indicat eñ vtrũ materia sit calida vel frigida. τ vtrũ paroxismus sit diuturne more ꝑm eius moram et vtrum sit materia multa vel non. Uel dicitur typus a figura: eo ꝙ vnum promittit τ aliud dissoluit. Typus aliꝰ est cum frigore vt continua quarta natalinus cũ calore submerso.i.sine frigore: vt tertiana vera. est tamen tertiana notha sepe cũ frigore. Itẽ alius est cum tremore: alius sine tremore. Et tremor aliqñ est cũ frigore multo. τ aliquãdo cũ pauco. Tremor eñ cõmune accidens est typorum particularium. τ est aliqñ cum calore vt in causone. Typi particulares nomine speciali τ ꝓprio sũt tres. frigus.s.qd̃ est ꝓpꝰ typus quotidiane. τ rigor tertiane. et horripilatio quartane.

¶ De causis frigoris.



Frigus autem fit vel ꝓpter dissolutionẽ τ fluxum materie frigide supra sensibilia membra. id est neruos τ lacertos vel ꝓpter contractionẽ naturalis caloris a mẽbris ad cor i aduẽtu fumi horribilis quousqꝫ expediatur. Uel ꝓpter acumen materie spasmantis interiora. Unde exteriora calore naturali depauperantur. putrefiens eñ materia resoluit a se fumum putridum nature horribilem: vnde in eius aduẽtu obtenebratur sensus τ turbatur ratio. Natura igitur sagax ꝓut potest omni icõmoditati obuians trãsmittit humorem a membris ad cor vt calorẽ inflammatũ mitiget. Item transmittit spiritus a membris ad cor et cor ad se attrahit τ spũs τ calorem: vt claritate spiritũ dispergat tenebrositatem fumi horribilis τ subtilitate ipsorum τ caloris dissipet τ disgreget grossitudinẽ materie insurgendo τ expellendo a se. Membra igitur depauperantur calore naturali quare frigescũt. ¶ Item calor innaturalis cum dissoluit putridã materiam: quedam pars spargitur super membra sensibilia: quare ex eius aduentu frigescunt. ¶ Item calor τ spiritus fugiunt materiam putridam τ contrahunt se τ coadunant in corde: quare frigescunt mẽbra exteriora. Itẽ dico ꝙ causa antecedens que est in venis mouetur cum putrefit vt dictum est a natura intra τ extra sensibiliter. Et dico ꝙ mouetur cum putrefit a loco suo. sꝫ natura expellit extra ne materia inobediens nature attingat ꝑm se totam ad radicalia τ corrumpat virtutem cordis. Unde expellit a se quantum potest ad cutem τ membra sensibilia. τ ꝑm Auicen. τ Gal. spargit τ situatur inter cutem τ carnem. Uerũtamen dicit Auicen. frigus est ex eo ꝙ nõ putruit: et calor ex eo ꝙ putruit. quia vt ipse dixit. humor crudus prius effundit ad lacertos quos ledit per frigiditatem. post putrescit τ inducit calorem. Et est differẽtia inter frigus et calorem: vt dicit Auicen. frigus est cum sentitur frigus in spina dorsi τ lacertis τ ꝑ totum corpus.

¶ De horripilatione.

Horripilatio est dispositio in qua inuenit corpus diuersitatē in frigore ꝛ punctionem in cute ꝛ lacertis ꝛ antecedit eā pigricia et fractio: et dicitur horripilatio horror pilorū per frigiditatem ꝛ siccitatē materie ꝯtrahentis radices piloꝝ. imo etiā qn̄qꝫ neruoꝝ ꝛ ossium sūt frangitiui quousqꝫ redeat calor ꝛ inualescat ꝛ calefaciat membra. forti aūt calore indigent ad remouendā materiam ꝯtradicentē vtriqꝫ qualitati ꝛ compactam disponentēꝫ membra simili dispositione ꝛ duricie. ꝛ ratio est ad hoc: q꞉ cum hꝫ vtraqꝫ qualitas. s. fri. ꝛ sicci. habeāt motū ad centrū sūme retrahit calor ab exterioribus. q̄re ꝯstringunt partes sub cute ꝛ ꝯtrahunt ꝭm radicem. fit tn̄ dilatatio ꝭꝫ superficiem. vnde inueniuntur pili stantes. ¶ Est ergo frigus intensissimū ꝓpter qualitates vtrasqꝫ materie frigide. ꝛ iterūꝫ ex dispersione materie putride supra mēbra ꝛ iteꝝ ex fuga caloris ꝛ sp̄s. sꝫ ī frigore solo: q꞉ materia disponit vna qualitate ad frigiditatem. non tm̄ intenditur frigus. nec tm̄ retinet. q꞉ disponit membra humida ꝛ mollia super que cadit. frigescūt igit membra a dissolutōe materie frigide|ꝛ depauperatione spiritus.

¶ De typo tertiane.

Typus tertiane ꝓp̄e vocat rigor. ꝛ fit ꝭm Gal. in cōmento super amph. a causone habito ꝛc. ex hu. colericis velociter se mouentibꝰ in mēbris sensibilibꝰ quā qui patiunt: necesse est vt vēter sudore supueniente vel colerico vomitu soluat. q꞉ humores colerici qui sunt materia fe. acute exeuntes mūdificant corpus. vnde ꝛ feb. soluit. vnde Ypo. causa acute feb. est venaꝝ desiccatio ī estate que tunc humores ca. sibi trahūt de colerico genere. sed hic rigor proprius non est tertiane: sed morboꝝ ex acuta materia vt causonis ꝛ tertiane. ꝓpter hoc ꝯo est distinguēdū quia rigor qn̄qꝫ largissime accipit ꝭm ꝙ complectit typos particulares ꝭm ꝙ rigor ē dissolutio siue aspsio grossoꝝ vapoꝝ mordicantiū neruos vt cogant moueri motu inuolūtario prout accipit Gal. sup amph. Quibuscūqꝫ in feb. quotidieri. ꝛc. Rigores sunt cum colera mouetur ꝛ per totū corpꝰ effluens in vnaq̄qꝫ interpolatiōe purgat. vnde necesse est vt feb. soluant. hoc Ypo. intēdit Similiter tertiane et quartane sic soluunt ꝭm numeꝝ sue īterpolationis postq̄ solent reuerti in interpolationibus alijs. Si aūt febres soluantur: quedaꝫ tn̄ male qualitates remanent intra corpus que cause fiunt reuersionis ipsaꝝ. Large autēꝫ accipit ꝓut est de colericis hu. solū dissolutis ꝭm ꝙ rigor accidit acutꝫ. ¶ Strictissime accipit ꝭꝫ ꝙ tertiane appropriat ꝓp̄e vt dixi. rigores sunt cum co. mouet ꝛ per totum corpus effluens in vnaquaqꝫ interpolatione purgat. Rigor igit ꝭm ꝙ large accipit ꝓut est ex hu. colericꝫ velociter se mouentibus diuiditur qm̄ aliꝰ est cōcomitans: ꝛ hic est proprius tertiane ꝓut superius accipitur. Alius est incidēs vt qn̄ accidit in augmento vel in statu. Un̄ significat caliditatem dissoluentē ꝛ non ꝯsumentē maxime si frequenter accidat: vel si nō sequat expulsio aliq̄ vel saltim expulsio alleuiās. Unde

in debili significat mortem: in forti malum. ⁊ est sepe ex stimulatiõe nature a co. ⁊ est eiusdẽ significatiõis Et est rigor superueniẽs: vt qui fit in fine status post digestionẽ ⁊ subtiliationem humorꝝ. vnde sequitᷓ expulsio laudabilis. vnde dicit Ipo. a causone habito ⁊c̄. ¶ Propter leuitatẽ eñ ⁊ subtilitatẽ col. expellitᷓ extra super membra sensibilia pungens ⁊ mordicans ea quousqꝫ euaporetur per sudorem. queadmoduꝫ dicit Gal'. prius accipitᷓ etiã rigor adhuc largius. ꝓmo tñ modo ꝑm ꝙ dicit Gal'. in libro de crisi cuꝫ super vulnus apponitᷓ calidũ sentitur rigor ⁊ similiter de suprepleto dicit: ꝙ si sit repletus malis hu. et intret bal. vel exponatᷓ soli sentitᷓ rigor ex dissolutione humorꝝ ⁊ vaporꝝ.

¶ De causis tremoris.



Tremor autẽ est dispositio accidens ex motibus cõtrarijs. s. ex motu morbi ⁊ nature. materia eñ stimulat ⁊ natura situat. Uel morbus eleuatᷓ ⁊ natura reponit. vel morbus in sua materia aggrauat. ⁊ natura mouet ad expellẽdũ. Morb⁹ igitᷓ aliqñ eleuat stimulãdo ⁊ natura situat: vt ĩ rigore. aliqñ natura mouet ad expellendum: ⁊ a materia aggrauatᷓ. ⁊ debilitatᷓ ⁊ deprimitᷓ vnde fit motus oppositus. ⁊ aliqñ fit ex sola debilitate cum natura nõ põt membra cõtinere: nititᷓ tñ. Uñ ex natura, ⁊ debilitate fit motus contrarius ⁊ diuersus. ¶ Nitunᷓ aũt assignare quidã hunc motũ diuersum esse ex motib⁹ oppositis qualitatum actiuaꝝ aut passiuaꝝ. mouent eñ motibus contrarijs. calor eñ eleuat motum. hñs ad extrema. frigus deprimit mouendo ad mediũ. cũ eñ in putrefactiõe exhalante humido: exhalat qui in natura est calor: succedit naturalis mẽbroꝝ frigiditas ⁊ ex putrefactione calor. ¶ Cum aũt ꝯtrarioꝝ ꝯtrarie sunt cause ex causis contrarijs generatᷓ motus ꝯtrarius qui est tremor. Si igitᷓ tremor fit cuꝫ frigore materiã esse frigidã ostẽdit. queadmodũ accidit in spasmaticis trementibus a frigore. Si autẽ tremor fit sine frigore: materiã colericã eẽ protendit. Tremor igitᷓ est accidens typorum particularium: ita vt a quibusdam dicatᷓ typus ⁊ si non sit tremor: nullũ fuisse typum affirmant. vel si nõ sit tremor: victoriã nature ꝑdicãt. ¶ Cũ tñ qñqꝫ ex vltimata nature oppressione ⁊ ṽtute succũbẽte: tremorẽ deficere sit necesse. patere aũt põt euidenter. ꝙ h̄ noĩa typus: rigor: ⁊ frig⁹. apõ auctores ꝯfundũtur. ⁊ de typo ⁊ rigore manifestũ est horripilatio aũt qñqꝫ frigus nominatᷓ ꝓpᷓ cãm ipsius. ⁊ h̄ de febribus prout sunt morbi sufficiant. Nunc de signis ⁊ curis particulariter declarabimus. sumẽdo principium a morbis calidis colericis tanqꝫ a cõmunioribus ⁊ frequẽtioribus a simplicibus ad cõposita ꝓcedendo per ordinem.

¶ De tertiana vera interpolata.



Tertiana vera ĩter oẽs interpolatas facilioris ẽ curatõis triplici de cã. Una est breuitas egritudis qꝛ vt dicit Ipo. terminus eius vltim⁹ est. xiiij. dies. ⁊. vij. peryodi. scda est qꝛ salua est virtus. nõ eñ tanto tpe deiecta ẽ virtus a se. Tertia cã duabus efficacior est qꝛ quicquid ꝯfert cause antecedenti: ꝯfert egritudini

⁊ ecõuerso cũ sint eiusdẽ nature forma que est fe.⁊ materia q̃ est co.ru.
¶Diximus de causis superius vl'r ⁊ spãliter.restat vt dicam⁹ de signis hec egritudo h₃ signa ppa.s.pulsus paruitatẽ in pncipio paroxisini: et debilitatẽ que cito pmutat ad magnitudinẽ ⁊ velocitatẽ. Cui⁹ rei cã est rigor.⁊ rigor nihil aliud est vt diximus q̃ punctura membrorum sensibilium a vaporibus ca.ppt qd nocumentũ adunat se calor in interioribus.vnde extrema ꝯfrigescunt et debilis fit motus cordis et debilis pulsus. Sed qꝛ vapor ille coleric⁹ nõ cito cõsumit nec finit nec cessat rigor cito.sed expandit calor ad interiora ⁊ magnificat pulsus propter euentũ caloris:⁊ fit velox ppt necessitate₃ attrahendi aera.nec tñ dico rigorem esse signũ ppe ppriũ cu₃ in alijs egritudinib⁹ accidat:vt i ephimera ppt cãm dictã. Est igit rigor signũ huius tertiane ⁊ est sine frigore:qꝛ eius materia ẽ co.ru.pura impmixta. Et si accidat qualecũq₃ frigus h' non est nisi ex ꝯfusione co.putride ⁊ destitutione caloris nimia. pulsus i hac feb.est velox ⁊ spissus ⁊ durus.sed tñ diuersat ẽm diuersitatem paroxismi.qm̃ in ei⁹ pncipio est pulsus paru⁹⁊ ꝓfũdus i augmẽto addit in magnitudinem fortitudinẽ velocitatẽ:⁊ frequentiã:nec addit aliquo mõ inequalitatem vel inordinationẽ: nec in vna pcussione: nec i pluribus nec recedit h' pulsus multũ a pulsu sani qui multũ cucurrit. Et differt pulsus hui⁹a pulsu fe. fl'ice.s.p equalitatẽ ⁊ ordinationẽ q̃ nõ sunt in fe.fl'ica. Nã ibi semp augent ⁊ fortior ⁊ velocior est i augmẽto ⁊ statu queadmodũ hic.s₃ ibi manet inequalitas.⁊ inordinatio i paroxismi augmento:qd non ꝯtingit in tertiana. Et fit ista inequalitas pulsus ab eo a quo fit inequalitas caloris p totũ corpus:qd accidit ex viscositate materie q̃ nõ põt equal'r resolui ⁊ dispgi. Unde mag₃ currit ⁊ refluit de materia ad locũ putrefactionis:⁊ a loco putrefactionis ad cor ⁊ in arterias. Sil'r est de signis cõmunicantibus paroxismo de tertio in tertium diem hora eo.

¶De signis superuenientibus.

Signa supuenientia sunt: dolor capitis:oris amaritudo:instantia vigiliarũ: vrina ẽ subrufa.ru.vl'sub.ru.⁊ in valde frigidis natura citrina ẽm pticularia mag₃ vl' min⁹ꝯueniũt cũ tenuitate sbe variant aũt signa ista materie ẽ₃ positõe₃.Si.n. materia fuerit ppe os stomachi:dolor frontis adest maior sitis cũ aspitate gutturis.⁊ siccitate lingue ⁊ ipsius adustione:qd raro accidit.et si accidat fit sepe ex refusiõe co.ad ipsum ⁊ inde fit volũtas vomẽdi.vrina est minus colorata. Si fuerit i intestinis nõ est tantus dolor frontis nec sitis nec vomẽdi voluntas. Sed dolor est in intestinis in loco vbi est materia ⁊ interdũ fluxus vẽtris ⁊ egestio colica. Si autẽ iuxta epar vel in cisti fellis:coloratior est vrina q̃ in pdict₃ cũ spuma crocea. qm̃ epate patiente aliquãtulũ accedit ad spissitudine₃ calor acutus p totũ. Si iuxta spũalia sitis ẽ maxĩa que potu aq̃ mitigari nõ põt cũ calore pectoris. Et si est in renib⁹:dolor est in paroxismo:qꝛ sp dolor cõcomitat locũ passionis. Et inquantũ positio materie ppinq̃or ẽ epati vel vijs eius:tanto coloratior vrina efficit. Et qꝛ vrina nõ est signũ specificũ alicuius egritudinis: nec

morbū significat. sed in morbis supra complexionem materie et eius dispositionem vt supra maturitatē vrinam nullam proprie in hac egritudine diffinio nisi comparatiōe facta ad cōplexionē corporis. ¶ Accidit autē in colerico sano habente epar calidū vrina ru. vl' subru. i egritudine apparebit rubicundissima: que in aliquo corpe significat causonem. In quodā aūt sano erit vrina pallida vel subpal. ipsa in tertiana apparebit citrina. et sic non conuenit iudicium infallibile nisi complexione ꝯsiderata. q2 tūc sequit iudiciū forsan absq3 errore et fallacia. ¶ Sed qđ dixi materiam in stomacho vel intestinis oportet attēdere ꝙ nulla materia fe. ꝯtineat i stomacho: qm̄ cū putrefit materia fe. ꝯfluit vt antecedēs et ponit sub ꝯiuncta ꝑ dissolutionē caloris natura eligit viam ꝓpinquiorē per quā se potest exonerare. Unde qñ est prope stomachum in vijs pororꝫ vt in venis oris stomachi refundit eam in ipm̄. et sic dico qñ materia situat ꝓpe intestina iuxta splenē vel fel. vel in eorum poris refundit materia ad intestina.

¶ De digestione materie.



Edicus aūt sequēs iudiciū sensus et cū sit minister nature: nitit sequi naturā i expellēdo ſm Ypo. Undecunq3 reperit natura et per ꝯuenientē regionem: inuenit vtilitatem in cura: qm̄ a ꝓpinquo trahit materia. Unde qñ fit refusio in fe. ad stomachum: dat medicinā euacuantē stomachum ab illo hu. ¶ Dicit eñ ibi materiam eē. et h' erat cā deceptionis mauri et salernitanorꝫ. s. refusio materie: et iterꝫ curatio ipsius per eundem locū nō attendēs cām feb. interpolate ſpgi in paruis venis et ab eis refundi ex super neruos et lacertos: cū tota corrumpat materia in intestinis et forsan in stomacho. Uñ generant vermes et lumbrici: tamen ex tali putrefactione non generat feb. ¶ Oportet aūt vt incipiat cura a causa antecedente que est co. naturalis que cum sit subtilis valde liquida. et imbibatur in mēbris. oportet inspissari ꝑ frigida vt adequet et redeat ad dispositionē ꝯuenientē: et huius generis sūt semina frigida et herbe frigide diuretice ex quaꝝ decoctōe cū zuccaro addit3 sandal' al'. et ru. et spodio ad ꝯfortādū epar. ꝯueniens fit sirupus. Si tñ co. est valde subtilis capilus vene. mag3 subtiliat. quare prohibet. Et si sit cōstipatio: apponant viole et non rose. et si fluat vent apponant rose et non viole. Sed tñ viole non sunt multum ꝯsuescende: q2 corrumpunt stomachū. Et i hac causa apponendū est acetum vt ei9 subtilitate forti9 penetret in venas et alteret et resistat febrili discrasie: q2 si non apponat ṗusꝙ ꝯueniat sirupus in venas. calore stomachi resoluitur in vapore3 ca. qui rediens super materia3 colericam: calefacit et desiccat: et maiorem sitim inducit precipue cum omne dulce sit calidū et inflāmabile. ¶ Dico ergo ꝙ error est in hac fe. digerere materiam cu3 sirupo ro. vel viol'. Utiliter autē digeritur cū sirupo acetoso vel oxiza: facta cu3 succo malorūgra. et sirupo nenuf. addito aceto. Sed tamen si tussit oportet cauere ab aceto et acetosis nisi parum et cum zuccaro.

¶ Oportet aūt cauere ne res dent ca. ne forte co. ru. cum acumine suo cerebrū ascendat et apostemata fa-

cat ꝛ inde frenesim infirmus incur rat que febris timidior est et molestior: qꝛ co.ru.non patit̃ ex mobilitate sua peccare infirmum: q̃n in peiorem ducat̃ ꝯsistentiam ꝛ periculū nec patit̃ errare medicū q̃n icurrat infamiā ꝛ lucri detrimentū ❡ Quidam a ꝑncipio iuuene existente colerico valde plectorico incipiunt a flebotomia ꝛ bene vt alibi dicit̃ ad ignitionem co.extinguendam ꝛ fumositatem euentandā. ꝛ dico ꝙ cōpetenter fit in die interpolationis cum non cōmiscent̃ humores boni cum malis: quare non euacuabunt̃ boni in quātitate multa: qꝛ humor nociuus in vno loco claudit̃ et sine bonis hu.virtute ꝛ sensu nature melius educitur. preterea non fiet tanta debilitatio nature sicut in die afflictionis. qꝛ non tm̄ affligit̃ sed nutritur: ꝛ parabitur fortius resistere morbo die sequenti cū alleuiabitur pondere humoris. Et dico similiter bene fieri: non tm̄ ita bene in die afflictionis. qꝛ tūc natura laborat circa expulsionem nociue materie. q̄re iuuabitur natura per flebotomiaꝫ. Preterea tunc magis mouetur humor vnde habilior efficit̃ eductioni ꝛ multi per minutionē ante horam accessionis curati sunt: eo ꝙ tam materia fluxa quā fluēs educta est

❡ De signis digestionis ꝛ euacuationis humoris.

Digesta materia q̄ cognoscit̃ ꝑ remissionem loris in vrina ꝛ accessū substātie ad mediocritatem ꝛ spissitudinem: laborandū est circa euacuationem humoris.

❡ Utruꝫ euacuatio debeat fieri in die paroxismi vel quietis.



Casus capilloꝝ seu fluxus qui est paulatinꝰ ꝛ sine immutatiōe cutis aut est ex ꝯstrictiōe pororum quare inculcat fumus sub cute et suffocat. et hmōi causa pōt esse frigiditas intensa cōstringens ꝛ coartans poros vel cicatrix vel collectio sordium. fit aūt qñqꝫ ex nimia raritate poroꝝ. Uñ exalat fumus ꝛ non coagulat sꝫ euaporatur ꝑs post ꝑtem. ꝛ hmōi cā ꝑt esse nimia caliditas vel nimis rara compositio a ꝑmis. aliqñ fit iste fluxus ex nimia siccitate ꝯsumēte materiam fumi: vel ipm fumū. et hmōi causa pōt esse ieiunium vel ipsa siccitas sine humoris vitio. vndecūqꝫ proueniens. aliqñ cum humoris vitio vt vitio colere quēadmodum iuuenibus accidit calide cōplexionis caput siccum hñtibus. fit etiā hmōi fluxꝰ ex infectis hu. vt in lepra. aliqñ etiā cadūt ꝓpt negligētiā cultꝰ. Aliqñ ꝓpt nimiū cultū ꝛ fricationē cooperimenti capitis. aliqñ cadunt ꝓpt nimiā pīguedinē quēadmodū aues imutant ānuatim. aliqñ ex cōtinentia. vñ ꝛ vulpibꝰ ꝛ leonibꝰ ꝛ soricibus pili cadūt. ꝛ quibusdā eqs iube. Aliqñ accidit ex ꝑcedēti infirmitate vt ex acuta egritudine. aliqñ fit ex hūiditate putrefaciēte capillo. Si sit ex ꝯstrictiōe poroꝝ vel soliditate cutis: pori clausi inūgāt

oleo amigd.ama.vel se.rad.cũ oleo laur. vel camo. vel oleo muscel.vel oleo absinth.vl'oleo puleg. ¶ Et nota q oleum laur. fit ex baccis lauri quemadmodum ex oliuis p expssiones. ¶ Quod si recẽtes bacce haberi nõ possint: ↄquassent ficce et in oleo cõi bulliant et post exprimantur. ¶ Eodez mõ fiunt olea ex alijs herbis. ¶ Itẽ gith vstum cũ aqua tritum et illinitũ: poros apit. ¶ Cortices sambuci incẽsi.cinis ramorum cepe.eufor.tapsia.folia mirti vsta et cũ oleo illinita idez faciũt. ¶ Silr apes incense et cũ oleo mixte. Dieta sit ca.et sic.vt nastur.synap. cepe allium et siria. ¶ Ualet etiaz nigella pcipue vsta et cinis vuarum et fimus murium que etiã ↄsunt allopicie. ¶ Et nota q quedã apponunt vt locus mundificet vt nigella: qdam vt nõ cadãt sicut galle.absin.et alumen.quedã vt crescant sicut lapdanum storax. adyantos. politricum capillus ve.mastix.thus oleum mirtinum.quedam vt fumus trahat ad supficiem vt alliũ et cepe.quedaz ad multiplicatõez capillor vt colloqn. ole. laur.quedam ad colorationem vt lacerta viridis absciso capite et cauda.quedã vt melius disponantur ad receptionẽ color vt alumen. ¶ Si sit ex nimia aptione quod'cognoscit.qz incessanter cadũt et etiaz ex raritate ↄpositionis et subtilitate cutis.vngendũ est caput oleo cõstrictiuo.s.ro.mirtino.succo folior oliue succo mirte. aut cũ decoctiõe balau.vel simphiti.aut corrigiole. aut mirtillor aut rubi. aut lentisci aut eius oleo aut rad. citonij sorbi. vel mespili aqua caput lauet. Sola etiam aqua fri. aspsa sepius carnosos iuuat semen lini incensuz cuz sisami oleo iuuat et nigella vsta cum aqua mixta. ¶ Silr cinis rad canne que vocatur canna mellis ppter dulcedinem suc.intus crescẽtis cuz oleo mirtino tempatus iuuat. Silr succus folior oleastri. ¶ De cornu caprino accenso fumiget et athanasia cum succo plantag.in sero det. ¶ Cõfectio iuuãs. ℞.cortic.auell. incẽsi.ʒ.iij.absin.ʒ.iij. aluminis.foliorum canne succoruz.ana.ʒ.iij.se. mirte.ʒ.v.fac pul. cum oleo mirtio coq et vnge. ¶ Itẽ lapdanũ. absin. puluis ossium dactillor. oĩm tritorum ana in oleo mirtino per. vij. dies putrescãt et post caput inungatur. Item radix celsi ossa dactillor incensa et puluerisata cuz succo mirte tempent et vngat. ¶ Et si nimia caliditas in cã refrigeraf. Et si causa humoralis euacuet. ¶ Si cadãt ppter nimiam siccitatem q est propter ieiuniũ.dietandi sunt cibis nutribilibus et digestibilibus et balneãdi aqs dulcibus et tpatis. et abstinẽdi sunt a salsis omnibus et cibis desiccatiuis. ¶ Utãt his supra caput que humores attrahunt ad radices capillor. ¶ Ungant sepi⁹ oleo lapdanino et yrino. ¶ Si autem sit ex siccitate cũ humor vitio purget humor et postmodum operandum est quẽadmodum sine humoris vitio. ¶ Cognoscit aũt siccitas natural p duriciem cutis. tũc caput abluatur cum succo vel decoctione radicis lilij aut malue.aut blete.aut viol.aut fenug. volubilis cinogl.mel lil. aut oleo se.lini.vel violato fomẽtet cuz aqua decoctionis palee ordei cineris malue. radic lilij in aqua bullita. ¶ Dieta sit humidissima vt cerebella et medulle aĩalium. ¶ Si accidit iuuenibus ppter calidum fumũ et siccum caput ascendentem. ¶ Unde detruncent capilli et decurtẽtur

detur medicina fumum ascendentem reprimens ex iuiubis, prunis, cassiaf. mirabol'. tamaindis et similibus. ¶ Et si particularia conueniant flebometur de cephalica, et refrigeref cib. vt portu. cucur. lactu. atriplicibus pull' gall'. et similibus. Sup caput ponaf muscillago psillij cū oleo ro. vel viol'. vel se. citoniorū vel psilliū cū succo cucur. ¶ Distemperantia cessante: admisceatur. aliquid capillorū pductiuū cū refrigeratiuis et vngaf et pectinef. ¶ Si sit casus ppter negligentiā, balneef et lauetur et pectinef freqūter. Et si aliqs ppter nimiū cultum dimittaf et freqūter pectinef. ¶ Si fit ex nimia humiditate: fiat inunctio cum vnguēto pseruatiuo et restauratiuo capillorū. vt pul. apū vel vesparum. ¶ Vel qd melius est candarid, aut cicadarū in testa rudi pbustarū. Sil'r ʒ. j. lapdani i aceto dimissi p triduū aut stercorū soricū pbusti i testa. ʒ. ij. et ƀ. talpe combuste. ʒ. ij. hec cum aq̄ vitis vel amurca olei pmisce et locū inunge. ¶ Exptissimum est ad hoc vt quarūlibet auiū capita pburanf et cinerē amurce olei pmixtū pmisce et loca sepe inunge. et pculdubio crescēt. ¶ Et si ē nimia humiditas cū plenitudine: euacuef cū pueniētib⁹ et dentur cibi exsiccatiui et humiditatis consumptiui.

¶ De sironibus et cimicibus.



Irones et cimicesf capillos detruncant et corrodūt. ¶ Quib⁹ visis et cognitis: laborādū est ad eorū destructionē. panē igif ordeaceū et cartā eq̄liter pbure et tere, cū adipe vrsino et vnge sironef tollit et locū pilosum facit. ¶ Item erutaginē. acetū centaur. lapacium acu. cū modico sale pmisce et bletā cū aceto bullias et de hoc colato caput illinias. ¶ Item ad idē panem de siligine puro vt de furno exit diuide et intus capillos include et sine donec panis refrigescat. ¶ Itē succus blete valet si capilli abluantur. ¶ Itē aliđ qđ valet allopicie casui capillorū et sironibus et cimicib⁹. Radix oliue bulliat in fortissimo aceto colef. et in colatura ponanf due partes farine lupinorū ama. et tres aloef et pficianf et addaf puluis scaphisagrie et iungaf caput post abluaf cū succo bardane. ad cimices. ¶ Sanguissuge posite sup carbones suffumigatio: cimices fugat. Itē ad idē ¶ Si cū aq̄ decoctionis lupinorū vel cētaur. mi. vl' absin. caput abluatur ab hmōi mūdificabif et placteri des. i. marpilli occidūtur p̄cipuum est si de succo kalēdule inungaf de hoc puncti. corrosionē pilorū amittunt lendes aūt cū eis occidūtur et p̄cipue cū oībus amaris mūdificatiuis et psumptiuis et aromaticis et cū oī genere fellis. ¶ Vne ħ nō opꝫ prolongare ꝟmonem. ¶ Nota tñ qd cornu ceruini limatura cū vino potata lentigines vel lēdines esse nō patif et pediculos extirpat, multo fortius inuncta.

¶ De pediculis.



Ediculi nascunf in capite et corpe ex superfluitate humorif quā natura ad porof cutis expellit et carnis. et inter cutē et carnē psedere facit. ¶ Et qz illa materia tempantiā hꝫ inter caliditatē et humiditatē q̄ debetur, vite, suscipit.

in se dissolutionē et vegetationē et vi uificatiōez a spiritibus corpis. Uñ ſm ꝓprietatē materie datur forma. ¶ Et qꝛ materia melica magis est huic suꝑfluitati appata. vel flegmatica proprie tales ꝯplexiones his abundāt. Uerūtñ ex melica fiūt magni et nigri et mordaces vt q̄ in capite ꝑcipue inueniūtur. ¶ De flegmate vero albi. de sanguie rubei. ex melancolia agrias appellantur et in q̄busdā leprā significāt et cognoscitur p īmēsibilē quātitatē fiūt aūt q̄busdā ex sudore et sordib⁹ vestiū et capillorū. aliqñ ex crisi imperfecta. aliqñ sunt de signis significātib⁹ mortem fiunt autez aliqñ ex scabie. aliqñ ex esu ficuū et fiūt aliqñ in inguinib⁹ et barba et assell' cancrosis. fiunt autem lēdes ex materia sil'i. sed subtiliori. ¶ Uñ eadē cura est. Distinguēduz est tñ qñ aut sunt in corpe cal'. aut frigido ī corpe ca. argētū vi. et filtr. cinis cū aceto tēpata: necāt cū oleo vel litarg. et argentū vi. cum aceto et oleo. ¶ Itē i frigido staphisagria nitr. aurip. cum aceto et oleo tēperata ipos occidūt. ¶ Itē ellebor⁹ al. staphisagria et nitruz cū aceto idem faciunt. ¶ Idem facit aurip. cum oleo. ¶ Idē facit stapbisagria cum aceto. ¶ Idē aq̄ salsa cū sulphure. ¶ Itē costū et storax et sanguissuga. simul incēdātur et sanguini porcino admisceantur et caput illiniatur vermes pediculos lendes et cimices et pugneisas et pulices nō ꝑmittūt viuer.

¶ De furfuribus capillorum.



Furfures capillorū a q̄busdā tyriacis. a quibusdam furfurisca vocātur. sunt aūt scame al. furfuribus siles q̄ acute capitis segregant et capillos detrūcāt et corrūpūt et deturpāt maxime q̄ sunt ex hu. calidis cuti adherentibus et adurētibus et ptē a pte eleuātibus ſm suꝑficiē. ¶ Uñ significāt materiā ꝯsumētē et acceleratiōez ad mortē i corpe ca. fiūt etiā ex sanguine et flegmate naturali et salso et pruriginoso. aliq̄bus ex mel'ia. aliq̄bus ex pinguedine capit. ¶ Distiguūt eni p calorē et colorē et luez et vulnera et pruritū et alia signa ſm iudicium piti medici. ¶ Precedere aūt dz añtecedentis purgatio cause ſm ꝓprietatē. vt satis ꝑostensum est. deinde cause ꝯiūcte. cū localibus remedijs insistēdū ē. Nota aūt ꝙ q̄dam furfurisca curari nō pōt. vt multa liuida fetēs. nam leprā significat. Quedā curari pōt vt ꝑua pinguis naturalis. Nota aūt ꝙ si mala q̄litas est peccās sine materia curatio dz fieri p debil' calida aut frigida vt in his morbis et ꝯsil'b⁹. s. serpiginē ipetig. morpheaz leprā. qꝛ nimis calida partes subtiliores extrahendo: grossiores ꝯpingerēt frigida nimis constrīgerēt et materiā ī loco ꝯseruarēt. ¶ Mediocria igiꝰ ꝯpetūt medicādo aūt in īteriorib⁹ p opposita morbos curare debem⁹. Ma'ia aūt peccans cū q̄litate mala cognosciꝰ. qꝛ ꝑter signa q̄litatiua pondus et grauedo et alia signa mala adesse sentiunꝰ. furfures igiꝰ ꝑter causas materiales dictas. aliquādo fiūt ꝓprie ex vitio cerebri. aliqñ ex fumo alicuius hūoris caput ascēdēte. Euacuata igiꝰ cā ꝯria ꝯrijs exhibeanꝰ. deinde in cā ca. laueꝰ caput cū farina ciceris et succo blete vel cū aq̄ lupinorum ama. vl' ꝯmixtōe succi malue cū aceto vel aq̄ decoctōis fenug. vel cū aq̄ furfuris mixta cū sero capno vl' aceto. ¶ Sil'r succus folior sisami capillos emollit. et elongat. et furfures

eijcit. ¶ In frigido corpe aq̄ decoctiōis nitri scabiose fumitere mūdificat furfures. ¶ Item succus exterioris corticis nucis vel radicis. discriminatim cuti capitis inungatur vel aq̄ q̄ d̄ stipite exit postq̄ ad ignē ponit. ¶ Uel quod melius est. aristol. lon. cum aceto suauiter bulliat ꝛ inde caput vngat. ¶ Succus lingue bouis. i. buglosse idē facit puluis lupinoꝝ ꝛ fenug. cum succo blete ꝛ oleo yrino mixtus iungat. Silr nitrū cū felle caprino ꝛ succo blete mixta aut fel arietis cum nitro aut fel taurinum furfures mundificāt.

¶ De pustulis ꝛ tynea.



Pustule nascunt̄ i capite multiformes. ¶ Aliqñ sunt parua sicut tubericula silia bullis aq̄ sꝫ duriora ꝛ vocāt morbus spidecia. ¶ Aliqñ sūt vlcera in summitate capitis. sicut tacta esset ab vrtica. ¶ Aliqñ etiā tota cutis cedit a capite. ꝛ vocant̄ ex antimata. aliqñ nascunt̄ pticulariter pustule i capite. cum pilis grossis quasi setis ꝛ vocat̄ caries. ¶ Aliqñ post pustulas remanēt minuta foramina. ¶ Unde lues egredit̄ quasi mel ꝛ vocatur fauus ꝛ aliqñ fit dissipatio cutis semoti. p ptes capitis cū scabie ꝛ pruritu magno. vnde scame magne delabunt̄ cū vlceribus. ꝛ aliqñ cū setꝭ biffurcatis. ꝛ tunc vocat̄ tynea. Si tñ humida ꝛ nō saniosa fuerit vocatur acbora. ¶ Si igit̄ cutis fuerit ru. sanguis est in cā. Si multus calor cū citrinitate cutis co. ¶ Si nigra ꝛ squamas velut plūbeas emiserit. co. ni. Si alba ꝛ moll. hūiditas fluit velut oleum: flegma est in cā.

¶ Tynea alia est hūida. vt ex humida cā. alia sicca. vt ex siccis hu. alia squamosa. vt ex siccis. alia pustulosa. vt pcipue ex calidis vel humidis ¶ Alia saniosa. vt ex humidis. Itē alia vetus ꝛ hec difficile curabilis. alia recens ꝛ aliqñ non facile. alia a cunis ꝛ qñq; incurabilis alia pilos aufert. ꝛ hec est malitiosa. Itē alia curabilis alia non ad q̄d no. q̄ si diriuet̄ a glandul. vel scropbulis non curat̄ nisi prius his curatis. ¶ Incurabilis est tynea cuius cutis est dēsa ꝛ dura ꝛ multū squamosa. ꝛ pilos corrodens. ¶ Curabiles tynee sunt due species. Nā alia multos pilos emittit valde grossos cū grossitudine cutis. nec tñ dura nec ptinua alia ē cū grossitudine cutis ꝛ spissitudine ꝛ multo pruritu. ꝛ aliquādo cū sanie. fauus aūt vel acbora aliqñ fit ex flegmate. ꝛ tūc est humor pinguis ꝛ glutinosus. aliquādo fit ex col. ꝛ tunc est humor subtilis ꝛ croceus. aliqñ fit ex melā. et tūc est liuiditas ꝛ duricies ꝛ modicum fluit. aliqñ ex flegmate salso. ꝛ tūc ē cū multo pruritu ꝛ scalpēdi delectatōe. h̄ igit̄ cā antecedēs purget̄ cū catartico cōpetēti. ¶ Et si glandule vel scropbule sunt in cā. cū eaꝝ cura subueniat̄. post caput radat̄ in pustulis. deinde vnguēta adhibeāt̄ Si tñ sanguis sit in cā extrahat̄ ꝛ si calidus humor sit in cā pōt fieri scarificatio. deinde supponat̄ pul. stercoris caprini vel vngulaꝝ caprinaꝝ vel testaꝝ auellanaꝝ cū aceto. ꝛ fiat vnguētū ex litargiro cerusa. ana. ℥. iiij. ℥uc. ℥. iij. gal. ℥. i. gummi. arab. dragag. ana. ℥. ij. puluerē tēpa cum aceto ꝛ adiūge cerā al. oleū ro. ꝛ fac vnguētū ꝛ vnge. Si frigid' hūor sit in cā post purgatiōēꝫ ꝛ celebratiōēꝫ opiataꝝ ꝛ minutōes q̄ i oi cā reqrū

tur tā ca. q̄ frigida. si īfans sit leuis adbibeant̄ vt solū oleū nucū vel oliuarū p se. vl' cū succo fumiter. vel tapsi bar. vel bardane vel lapacij acu. vel enule. vel oib' vl' q̄busdā ꝯmixtis maiorib' fortiora adbibeant̄. Vel puluis litargiri ꝛ rute cū oleo tēpat' vngat̄. ℂ Uel galle cortici mali granati. acatie tempent̄ cum aceto ꝛ inungant̄ qd̄ in ca. cā ꝓdest. frōdes et ficus pistate q̄si medulla vngantur. ℂ Si cā recēs est. cuȝ aq̄ pistent̄. si vetus cū aceto. ℂ Oȝ em̄ intendere farmacie virtutē. Itē alliū pistatuȝ nasturciū et euforbiū cū oleo iunctū cortices arundis ꝛ radices amigd. ama. squilla ficus puluerizata stercus colūbinū: ruta cū aceto. teste castanearū incēse ꝛ vino ꝯmixte. ꝓsūt īfantib' ꝓdest etiā oē fel. ℂ Ualet etiā si prius inungatur oleo ꝛ pice liquida. bis nō ꝓferētib' ad fortiora ē recurrēdū. ℂ Si aūt pustule multū sint humide: lauēt̄ cū succo' fumiter. scabiose ꝛ sero capno mixtis plurimum valet.

ℂ De cura cariei.

In carie p̄mo euellātur pili grossi cum forpicibus vel cum vnguēto hoc qd̄. ℞. calcis viue vtriusq̄ aurip. ana. coq̄ ī forti lexiuio vt psilotrū. deinde capite subfumigato ꝛ fomētato ad pororū aptionē in loco ca. cū pēna illiniantur post cū aq̄ ca. pili remoueantur. ꝛ si vis ꝓhibere gn̄atōeȝ piloꝝ sāguinē vespertilionis. ycorē sanguis būani succū plātag. ana. ꝯmisce. ꝛ formicaꝝ oua trita. semē papauer' ni. se. iusquiami aut opij ꝛ parū papaueris ni. sepius vtere. ℂ Igit̄ ꝯ cariē fiat vnguētū yeral'. lapatij acu. enule scabiose cētauree ꝯtrite. ana. ʒ. ij. p tri duū in oleo dimittant̄. deinde liq̄e fortiter exp̄mat̄ post addat̄ picis liquide. ʒ. j. mastic. olib. ana. ʒ. ß. aurip. litar. ℈. j. pulueris aloes ꝛ ellī. ℈. ij. ß oia in olla diu bulliant. deinde. ʒ. ij. cere adbibeant̄ ꝛ cera liq̄facta vsui reseruet̄ tynee etiam optimum est.

ℂ De cura fani.



In fano q2 plurimuȝ fit ex flegmate salso purget̄ p̄mo hūor in cā existens. Deinde factis gargarismatibus ex his aūt flegma deponūt vt stapbisa. pipere pire tro: fiāt inunctiōes cū litargiro vel carta bōbacis vel olib. cū aceto mixta. ℂ Uel tartari. ʒ. j. calcis vi. ʒ. ij. ß. cū aceto tpa ꝛ vnge. vel cathimiā vel litar. cū aceto. ℂ Cibi aūt flegmatici subtrahantur. Itē titimallū q̄ssatuȝ cū axungia p. iij. dies dimitte ꝛ assa q̄rto die in eadem testa. postea cola. ꝛ fac bullire ī testa. ꝛ ammixtis cera ꝛ sulphure fac vnguentum.

ℂ De cura tynee.



Curabilis tynea alia recēs alia vet'. Recens alia in pueris alia in adultis. Iteȝ alia vl'is alia ꝑticularis. Recēs tynea leuioribus curat̄ adiutorijs. ꝛ maxime in p̄mis etatibus. vt in infantia. vbi cōsulimus vt dimittatur humor exiēs potius extra fluere q̄ p exsiccātia intercludere. si tn̄ in ꝑniciē trāsierit curet̄ cū succo fumiter. scabiose. lapacij acuti. absin. simplicibus seu ꝯpositis. Uel ex his ꝛ argēto vi. ꝛ sulphure ꝛ sagimine fiat vnguētū. Itē aliud. puluis ceruse litar. galle gum. ana. tēpent̄ cū oleo ꝛ aceto ꝛ fiat vnguētū. ℂ Pōt etiā addi bolus ꝛ acacia. ꝛ hec ꝛ silia p̄nt appo

ni in pueritia ꝛ in ꝑuectis. ꝛ etiam si expedit vt dicet. fortiora ꝛ etiam in adultis si necessaria est. ꝑcedat purgatio. ꝛ adiūcta purgationi celebrē tur. deide localia. s. vnguēta ꝛ ēplastra. ꝛ lexiuie. ꝛ lotiones ex vrina ꝑpria ꝛ farina fabaꝝ loco saponis. setis tñ prius extractis. hec sequant. Si tynea vet⁹ ē fortiora adhibeant purgatio igit̄ ꝑcedat cū yeralog. si melēcus ē. vel cum yera. gal. si flegmaticus ꝛ silibus. ¶ Post adhibeatur stupha cū herbis ꝯpetētib⁹ obuiātibus cause. vt pz in scabie. Deinde offerat opiata appropata cause. post caput abradat deinde lauet cū vrina ꝑpria vel lexiuia. accipiat igit̄ saccus lineus ꝛ intromittatur fuligo ꝛ supmittat lexiuia ad modū lexiuie. ꝛ inde lauet ꝛ cū pāno lineo bene siccetur, postea pix malaxata ad ignē sup pannū extēsa sup caput ponat. ꝛ sit ibi per. vij. dies. ꝛ tūc auferat ꝛ lauet p̄dicto modo.

¶ Deinde fiat vnguētū accipiat vnguētū aureum marciaton arogō. ꝛ oleū laur. ana. ℥. j. vtriusq; ellebori sulphuris. vi. ana. ℥. j. ꝯmisceantur. ꝛ inungat caput q̄tidie al. expimentū. ¶ Accipe t oleū lapdaninū. qd̄ fiat cū oleo nuc. cum puluere apum assatarū ad quātitatē pugni pleni. admisceat ꝛ inungat. mire tyneā destruit ꝛ capillos regenerat vt bis in septimana opz caput radi. ¶ Item aliud. ℞. salis gē. ꝛ fariuā saliginis ꝛ nigellā ꝛ parū de gumma ꝛ vrinaz tauri ꝛ succū lapacij acuti ꝛ malaxa. ꝛ inunge caput ꝛ post cū enula campana ꝛ axungia. iungat caput. Itez aliud efficax ellebor⁹ niger castoreū optime ꝯterat ꝛ cū aceto ꝛ oleo laur. distempent ꝛ iungant. ¶ Itē aliō qd̄ antiq̄ssimā tyneaz ꝛ allopitiā curat. ℞. adipis vrsini, adarcis, ana. ℥. j. fimi murium: picis liquide olei vetusti ana. ℥. j. et ß.

¶ Item elleborus niger piretrum tritū. fel vituli stercus caticum aceto fex vini. calx vi. sulphur stapbisagria acetum cū sale. mire ꝑ se seu cōposita ꝓsunt. ¶ No. ꝙ pustule eleuent cū dolore: supradictis chimolea litar. ꝛ puluis carte cōbuste addenda sunt. ¶ Itē vnguentū excellentissimū ad tyneā. ℞. litar. calcis vi. ana. ℥. x c. terant cū aceto. ꝛ adiūgat oleū mirtiū. ¶ Item accipe salem ꝛ fuliginē ꝛ oleū ꝯmune ꝛ picem liquidā tere oīa simul. ꝛ fiat vnguentū capiti tynioso capill̄ prius rasis. vel euulsis. Item accipe cinerē clauellatū quo vtunt tinctores cū fortissimo aceto distēperetur: ꝛ extractis setis in vlceratis locis crescētibus. q̄tiēs renascunt capilli iungātur. ¶ Itē vnguētū optimū ꝯ tineā lepram morpheā. ꝛ malū mor. ꝛ scabiem. ℞. sulphuris vivi. ℥. j. ell̄i. al. ℥. j. argenti vi. ℥. j. ista pulverizata cuz ℥. vj. axungie por. ꝯmisce. ꝛ bene incorpora. ꝛ cum opus fuerit loca patientia inungātur. ¶ Itez ellebor⁹ niger ꝛ atramētū viride eris aurip. sulphur vi. pulverizent. qui puluis in pice nauali resoluta bulliendo incorporent quod emplastrum super positum tynee. per. vij. dies maneat postea lauetur caput cum decoctione mediani corticis vlmi. vel capill̄. ve. deinde cum melle vngatur ꝛ sepius radat fimus ēt columbinus superpositus ꝛ inunctio butiri post nimium valet. ¶ Item accipe ellebori al. ℥. j. picis naual. ℥. j. olei cōmunis. ℥. vj. bene terātur. ꝛ incorporentur in hyeme loco olei communis oleuz nucis ponatur hoc vnguēto tynea per. vij. dies vel per. ix. ꝑm iudicium medici caput inunga-

tur. ⁊ cum mollificata fuerit: capilli radicitus euellantur. ⁊ locus auulsus inungatur. ⁊ cum renascuntur: caput cum lexiuia lauetur ⁊ cum desiccatum fuerit psilotro inungatur. vsq₃ quo capilli de facili valeant eradicari lauando cum aqua. ¶ Postq̄ autem psilotro capilli euulsi fuerint. ⁊ ruborem aliquē cognoueris iteru₃ vngas p̄dicto modo quousq₃ caput appareat sine rubore. ¶ Nota autem q̄ rubedo est vnum de signis curatiōis. ¶ Si em̄ locus fricatus cito rubeat. spes nō deerit curationis. ¶ Q₃ si hec cura non sufficit. fiat hoc vnguentum. ℞. stapbi₃. se. ellebori. al. aurip̄. vitreoli. aluminis. gallarum ana. ℥. j. fecis olei. ℥. vj. d̄ flaura. ⁊ abrotano vtroq₃ eruca agresti. fumo terre titimallo. lapatio acu. ex̄ baꝝ. succ⁹ ⁊ bulliat cum fece olei primo. post adde pulueres ⁊ picis liquide. ℥. iij. de hoc vnguento caput inungatur. ⁊ fiat vt proxime dixi.

¶ De rima.



Uperfluitas autē capitis quā salernitani rimam vocāt ijsdem vnguentis curatur ⁊ precipue vnguēto superiori. Q̄d. ℞. sulphuris. ℥. j. ellebori. ℥. j. ⁊c̄. valet etiam ad flegma salsum et melancoliam que solet esse in cruribus. ⁊ ad omnem scabiem. ¶ Item aliud quod quasi inueteratam vt velut infra annum sine euulsione capillorum sanat. ℞. flaure. eruce abrotani agrestis fumi terre. artbemesie lapacij acuti. ana. m. j. pista cum oleo ⁊ dimitte per. v. vel vij. vel. ix. dies. et postea fac bullire in eodem oleo. ⁊ cola ⁊ inunge. et si volueris adde stapbisagrie ellebori alb. ⁊ similium ana. ℥. j. ⁊ fortius operabitur. ¶ Quidā autem tyneam inueteratam cum emplastro facto de farina siliḡ. cum vrina tauri distemperata cu₃ euulsione capillorum curant emplastrum em̄ cum euellitur secum pilos eradicat. ⁊ radices eorum cu₃ tinea post lauetur cum vrina propria ⁊ sic singulis diebus operanꝭ quusq₃ caput bn̄ mūdetur ⁊ hoc per annum. vel dimidium post singulis diebus lauent cu₃ aq̄ frigida summo mane ⁊ curant.

¶ Si autem sint pediculosi adiungantur predictis argentum vi. ⁊ cinis filtri. ⁊ fiant remedia pediculorum. ¶ Si autem abundant furfures ponatur se. vrtice in aceto per diem ⁊ noctem. ⁊ post lotione₃ capitis. hoc aceto inunge. ad vltimu₃ de aqua pura. ¶ Item lauetur caput cum vino decoctionis ciclaminis. ⁊ puluerem nepite superasperge. ⁊ sic per diem ⁊ noctem. post lauetur cu₃ saliua. fiant ēt remedia dicta in furfuribus. ¶ Q₃ si pili ceciderint: predictis vtere. ¶ Et ad idem valent apes multe incense ⁊ cum oleo trite que capiti minutim scarificato superaspergantur. fel ēt vituli allopitiam diuturnam curat. capillos renasci facit. furfures mundificat pruritum tollit. cui etia₃ omne fel videtur cōferre. ¶ Ide₃ facit sterc⁹ cate cum aceto illinitum. ¶ Euforbium quoq₃ cum aceto idem facit. ¶ Ad idem facit fimus caprarum. ⁊ vngule combuste cum aceto valent.

¶ Item ad idē testudinem viuā super sarmēta incende. et cinis cū aluminis. ʒ. iij. i cacabo cū medulla ceruina bulliat in vino. istud capillos regenerat et allopiciam curat.
¶ Sitb etiam vstulatum et cū aqua tritū et illinituz pdest. ¶ Silr agrimonia. sz natos nigros facit. Uerbena quoqz et absin. i lexiuia coquant et inde laueṫ caput. ¶ Item panis ordeaceus et carta. cū sale eqliter cōburanṫ. Terantur: et cum adipe vrsino misceanṫ et iungaṫ caput. pellˀ etiam capitis vulpis cū labijs excorticata cōburaṫ et lacerta viridis amputato capite corpus vna die et nocte suspēdaṫ. post i oleo cū puluere coquatur et inungaṫ. ¶ Silr ex puluere ranarum et fimi muris cū pice liqda et ex ciuere quercˀ nouelle inūge sepius.

¶ De vulneribus capitꝫ et eoꝝ curis



Ulnus capitꝫ aliqñ fit cū cranei fractura. Itē factura cranei aliqñ ē cum vulnere aliqñ sine vulnere. ¶ Et iteꝝ fractura cranei aliqñ est cū lesione pie matris vel dure. lesio siue fit cū fractura cranei siue non: aliqñ est cum vulnere. aliqñ sine. Itē vulnˀ aliqñ est magnū. ¶ Aliqñ ē pūū et strictū Et iterū dico fractura cranei aliqñ est magna. aliqñ pua. Et iteꝝ aliqñ manifesta. aliqñ nō sz occulta. Fractura cranei bis signis cognoscitur Cadit ei vtˀ appetitiua et digestiua adsūt vigilie et grauiter dormit grauiter egerit et cū difficultate vrinat et febrili discrasia vexaṫ nuces oblate vel auellane vix franguntur crusta panis vix masticatur. filum vel corda lire tenta a dentibus et tensa et percussa. vix sustinetur. et hec sunt accidentia. et signa cranei fracti siue fit cum vulnere. siue sine vulnere siue cū lesione miringaꝝ capitis siue non. ¶ Semp aūt craneo fracto timēdū est de lesione pie mr̄is vel dure. Si autē aliq miringaꝝ capitꝫ. i. pia maṫ. vel dura lesa fuerit. h erūt indicia. dolor adest capitis fe. lēta et singulis diebˀ augmētaṫ distorquētur anguli oculoꝝ q̄si in spasmo. rubor genaꝝ qd̄ est signū cōe in oī lesiōe capitꝫ. ¶ Emplastra supposita cito desiccanṫ. cutꝫ arida et sicca repitur. Desiccatio ēt emplastri signū ē lesionis cranei qd̄ sic volunt expiri. ¶ In pte opposita pecia pāni linei vel serici in albu. oui infusi i q̄ icorporatus sit pul. subtilissimˀ olibani p noctē ponaṫ. q̄ si mane desiccata i ueniaṫ. ꝯstat craneū vel aliquā miringarū esse lesam. ¶ Dure matris lesio cognosciṫ. dolore capitis rubore faciei. intensione oculoꝝ mentis alienatōe nigredine lingue. ¶ Pie matrꝫ lesio cognosciṫ p vtutū aīaliū defectū. vt somni defectu ebetatiōe visus et cū vocꝫ minoratōe fluxu sanguinis vel sanici ab auribˀ vel naribus ꝯstipatiōe vētris et febris rigore. bis vel ter qñqꝫ in die supueniente qd̄ est deterius et signum mortis. ¶ Pustule etiā qñqꝫ in facie solent eleuari et oībus bis signis et pluribˀ superueniētibus ad plus vsqꝫ ad. c. dies mors poterit elongari. ¶ Si aūt accidat vulnus in ꝯtumace capitis ante vel retro ad substātiaꝫ cerebri pcedens mortale est. ¶ Si autem descēdat a supioribus ad inferiora ad cerebrū nō pcedens ꝗuis per aures vel p nares vel pˀ aliam partem exeat: nō est mortale. ¶ Interdum aūt ipm craneuꝫ ad interiora plicatur et motui nō cedit. ¶ Uñ adsunt vigilie multe et insomnietas

τ impugnationū horribiliū in somnis apparitio. τ ī somno q̄si freneticus efficit᷑: vt videat᷑ assurgere et arma arripere. et terribilia facere. ¶ Interdū aūt craneo illeso ex percussiōe fit tumor qd̄ cog̃scit᷑ signis ↄtrarijs p̄us dictis. bñ eñ appetit. retinet digerit τ expellit τ dormit. Nulla sentit᷑ febrilis discrasia l᷑ securāt egrū a fractura cranei. τ lesione miringarꝝ. Tumor igit᷑ si fit solū sine fractura cranei dissolutiuis medicandus est vt emplr̄o facto ex arthemisia. ruta. absinthio. cimino. cepe pistatis τ coctis ī oleo cōi. τ multotiens renouet᷑ τ silr̄ia. que in alijs tumorib⁹ dissoluendis apponūtur. ꝙ si sic dissolui nō poterit videt᷑ materia ad saniē tēdere. apponāt᷑ igit᷑ emplr̄a maturatiua. ℞. absinthij τ malue cōis τ arthemesie. ana. M. j. ↄterant᷑ cū. ℥. iij. axungie τ simul coquant᷑ τ incorporent᷑. Quib⁹ addātur. ℥. iiij. d̄ farina frumēti. τ addat᷑ parꝝ vini. τ. ℥. iiij. melr̄. τ coquāt᷑ ad ignē ad spissitudinē emplr̄i. vel alid̄ maturatiuū vt ī apostematib⁹ dicet᷑ supponat᷑ vsq₃ ad ꝑfectā maturationem. Maturatiōis autē signa sunt dolor τ punctiōes τ mollicies. vbi ꝟo tumor magis dependet cōpleta maturatōe apiat᷑ cū flr̄omo τ sanies tota exprimat᷑. τ tūc apponat᷑ tract⁹ τ sequat᷑ cura vt in apostematibus demonstrabitur.

¶ Embroca in hyeme.

Si aūt fiat vuln⁹ sine fractura cranei statim de panno lineo cū albu. oui infuso et aliquātulū expresso totum diligenter vndiq₃ repleat᷑. deinde supponat᷑ emplr̄m ꝫm diuersitatem tp̄is ꝙ saniē generet. in hyeme fiat embroca talis. ℞. foliorꝝ violr̄. malue vtriusq₃ brancevr. paritarie. volubilis maioris. ana. M. j. cū lb. ß. axungie pistent᷑ τ coquant᷑ ad ignē Quib⁹ admisceant᷑ farine seminis lini. fenugre. ana. ℥. ij. farine tritici ℥. iij. τ suauiter fiat coctio ad lentū ignē ad inspissationē. Embroca ī estate. ¶ In estate talis. M. j. foliorꝝ malue pistet᷑ cū. ℥. iij. axungie antique vt salice. τ ex solatro τ memithe τ herba violr̄. extrahe succum τ ꝓ memitha si carueris pone vmbilicū ve. vel cassillaginē τ misce cū succo tantūdē vini. Quibus admisceant᷑ farine tritici τ mellis. ana. ℥. iij. ad ignē agitādo τ coquēdo quousq₃ spisset᷑. deinde reseruet᷑ τ ponēdo supra pānū extendat᷑ τ supra ponat᷑ tāgendo. labia vulneris q̄usq₃ vulnus saniauerit. ¶ Generata āt sanie pānus siccus ī vulnere mittēdus est: quousq₃ vulnus desiccetur. desiccato vulnere: supponat᷑ carpia τ ꝫm crementū carnis subtrahatur carpia paulatine. τ semꝑ facta desiccatione vulneris aut inungat᷑ circa cū vnguēto fusco cirurgico. qd̄ oīb⁹ vulnerib⁹ ↄfert. qd̄ carnē laudabilē τ saniē generat τ extrahit τ mūdificat putredinem. ℞. olei cōis. sepi arietini. añ. lb. j. piscis naualis. lb. ß. picis grece. ℥. iij. cere ī estate. ℥. j. in hyeme. ℥. ij. masticis olibani. galbani. armo. serapi. oppopoñ. terebētine. ana. ℥. ß. liquida cū oleo liquefiāt. τ puluerizanda puluerizent᷑. et ad ignē agitent᷑. τ cū decoctū fuerit addat᷑ terebentina τ colet᷑ τ reseruetur. ¶ Signū aūt decoctōis est q̄n gutta posita supra marmor digito adheret τ non dissoluat᷑. Tract⁹ aūt ad plagā satis ↄueniēs sanās τ mūdificans fit ex albumine oui τ melle crudo τ farina siliginis. ana τ succo apij in maiori quātitate. τ quidā addunt succū lapacij τ ↄsolide ma-

ioris.et herbe viol. Al' qd mundifi-cat ꝛ ꝯsolidat sūmitatū apij.rumicis vrtice.corticis ebuli. succus extra-hat cui addat mel.farina filigi sad libitū.albu.oui vini coclear.i.celeri ter sanat. ¶ Unguētū bonū. ℞.lan ceolate.plantaginis. apij.bismalue betonice cuꝫ sanguine taxonis aut porci ꝛ sepo hyrcino.ꝛbutyro.ꝛmo dico cere.admisceant ad ignem.co-quant ꝛ colent. Quibꝰ colatis ad-datur thus ꝛ reseruet.al' optimum. Accipe baccas laur.xl. aut centū et cū thure ꝯtere.ꝛ cum adipe vrsino. tertia pte lardi porci vel taxonis.si recens est plaga. Si purgata cum melle bullito ꝯfice ꝛ vtere cito sanat Al' pciosum qd valet ad scabiē fu-miter.lanceole.plātagi.v.folia.mil lefoliū.ꝯsolide ma. ꝛ mi.ebuli.pari tarie.scabiose.bugle.pigle sanigle. ana.M.j.ꝯterant in mortario cum sagimine porci veteri nō salso. ꝛ cō putrescat totū per.iij.dies.Deinde bulliat ꝛ addat cera ꝛ thꝰ.ꝛ p scabie sulphur ꝛ argentū vi.colent.ꝛ vsui reseruet.Unguētū al'.ad plagam.

¶ Unguentum. ¶ Anguillas coque in aqua ꝛ collige pinguedinē supnatantē.ꝛ accipe adipem de gal linis.anseribus.ꝛ scrophis sine sa-le ꝛ succum rute.saluie.absin.edere terrestris.cynaglosse.arthemesie.ci cute. marat ri.ligni citri. iusqami. stringui.boli.libani. aloes. myrre. amoniaci.de spēbus ana.ʒ.j.de her bis succi trahant farine volatice. ossiū dactiloꝝ.croci orientalis.san-dal.acacie.ana cere quantū sufficit vt album fiat. ¶ Tractus.

¶ Tractus ad aperiendū.sanandū purgandū.dolorē mitigandū. car-nem mortuā ꝛ cancrū anferendum. ℞.succi ebuli.absin.cimaꝝ rubi.vr ticarum maior.apij succoꝝ omniuꝫ ana albumen oui vnius.farine sili-ginis coque donec spissum sit. Si p funda sit plaga liciniū punctū intꝰ ponat. Si apta sit: sup pannū extē-datur ꝛ supponat.ꝛ si tractus defic cetur cū succo apij renouet. ¶ Un-guētū ad plagā. ℞.cere citrine.ʒ.j. picis colofon.ʒ.ij.ꝛ.ß.sepi arietini. ʒ.ij.infunde oleū.ꝛ sup ignem com-misceant vt fiat vnguentū. Memi-neris autem hec vnguenta ꝛ tractꝰ ꝛ potiones in alioꝝ membroꝝ vul-neribus non etiam solum capitis p desse. Puluis ad plagam stringen-dam.valet etiam ad vuluam mulie ris vt quasi virgo appareat. ℞.myr re.thus.masticis.colofon.auripig. aloe.galle.gipsi.cornu ceruini vsti. aristol.roton.ana terantur subtilis sime.ꝛ cū opus fuerit intꝰ asperge.

¶ Puluis rubeus.

¶ Puluis rub.sanguineꝫ stringēs ossa ꝛ carnem ꝯsolidans.carnem et pellem cito regenerans. ℞.ꝯsolide ma.ʒ.j.picis grece.ʒ.iiij.sanguinis draco.ꝛ mūmie.ana.ʒ.ij.terantur ꝛ vsui reserues. ¶ Potio ad vulnera.

¶ Potio ad vulnera. ℞. saniclam sanā mundam.rumices. canabum. semen caulinum ru.ꝯsolidam mi.ru-beam ma.ꝯtundant.ꝛ in vino bul-liant perfecte.et post per noctem in vino morent.mane colent.pars dā da separetur ꝛ detur. et reliqua re-seruetur.omne vulnus curat.super posito folio plantagi. ¶ Aliud. ℞. caulem ru.canabum apium.rubeā. ma.fac eodem modo. Aliud. Ru bea minor canabaria herba robti. herba galteri.fragraria.agrimōia. pes columbinus.pimpinella.galli-tricum.rumices.absin. atramentuꝫ nimphea. bulliant in vino vt su-pra. ¶ Item bugla.pigla.i.lingua auis.ancora.i.sanicla. cōsolida ma ior.gariof.vulpecula rubea maior. bulliant in vino: vt dictū est.in esta

te addantur viole arnoglossa. lanceolata. Al'.apium.arnoglossa. lanceolata. anancia consolida. vtraque rubea. caulis bullita eadem operantur. Al'.fit ex sanamunda. pimpinella. saluia. senectione. agrimonia pede columbino. plantagine. cetinodio. lingua auis. spargula. ¶ Si febricitet: omnes iste potiões coquantur in aqua et adde zuccarũ si voluerit ad dulcorandum. Si nõ: coquantur in vino. et adde mel si volueris. et detur mane et sero. Et si eedem herbe emplastrent' exterius: melius est Alia potio fit de herba roberti herba galteri. sanicla. betonica. pilosella. scrophularia. ebulo. pimpinella. agrimonia. viol'. lapacio acuto. bullitis vt dictum est. ¶ Item alia fit ex sanamũda. betonica. saluia. edera terrestri. agrimonia. pilosella. pĩpinella. viol'. plantag. melagine. terantur et extrahat' succus et cũ vino bulliat et potetur quotidie semp minuendo melaginẽ. melago apponit' ne claudat'. ¶ De dieta vulneratorum ¶ Abstineant vulnerati a lacte. caseo et ouis et fructibus et carnib' nisi castratis. panem azimũ comedant. Et betonica dolorem tollit et sedat atque sanat. edera terrestris mundificat et curat. violaria sanat. plantago calorẽ coherceet et curat. agrimonia desiccat et mundat. pilosella mũdificat. ¶ Item angelica. betonica agrimonia. pilosella. edera. terrestris. septẽneruia. violaria. sed minus de angelica. coquant' in vino. et tribus vicibus potet in die. quanto enim pluries in die potauerit: citius sanabitur. ¶ Itẽ piloselle succum da bibere vulnerato quocunque loco si reijcitur: moritur. si nõ: viuet tunc pmo die plantaginem et fragariam da bibere. Scdo die gariofilatam adiũge prioribus. tertio die pilosellam. qnto ederam terrestrẽ. trãsactis. vij. diebus subtrahere debes sigillatim econuerso. incipiens ab edera vsque ad primã que est fragaria. ¶ Item potio. R. betonice. agrimonie. fragarie. asari. viol'. lingue bouis. ambrosie. plantag. qnque fol'. ypericõ. spice. lingue auis. pimpinelle. ana. M. j. tere. coque ĩ vino et adde mel. cola appone piperis. c. grana si nõ febrierit. quãto frequẽtius biberit: celerius sanabitur. sed a venere abstineat et ab omnib' contrarijs. ¶ Alia potio optima fit ex caule ru. et rubea et teneritatibus ramicis et se. canabi. vel teneritate ipsius herbe. et sanamũda et consolida mi. et sanicla. ana. sed rubea duplicetur. herbe omnes trite decoquãtur in vino vsque ad diminutionem tertie partis. potest autem apponi mel delicatis et detur mane et sero. Curãtur plage a quibusdã sic. ¶ In primis lauant plagam cũ aqua tepida postea vetus sagimen vel lardũ tritum cum absin. tribus diebus ĩponunt. deinde albumen oui cum licinio. iiij. dieb' et interea dant potionem confectam ex vino vel ceruesia et medietate mellis cum quo bullit' sit succus consolide mi. et sanicle. et absin. et feniculi quaque die ĩ ieiuno plenum ciphum. et per vulnus pot' exiens. dolorẽ mitigat. Deinde apponunt vnguenta ad consolidationem vulneris mundificati. ¶ Accipe olibanum sarcocollam. ana de aloe quantum est medium istorum contere et in puluerẽ redige amplissimũ vulnus biduo ꝯsolidat. Puluis cornu ceruini vuln' claudit. malũ hu. tollit et exiccat.

¶ De conditionibus attendendis in curatione vulnerum.


N oībus aūt vulneribus tēpus et etas locus et cōplo diligēter attendenda sunt vt calida fris. sicca hūidis. et econuerso ɔtēpenꝫ. nihilominus etiā mēbrū humidis eñ tbus magnū valet. In siccis aristol. et yreos apposita ī emplastris et tractibꝰ ad desiccādū mediocriter. Uulnera eñ indigent sanatione. mūdificatōe. et ɔsolidatiōe que oīa interdū vnico instro vt tractu vel potione pñt cōpleri. Sꝫ nota ꝙ si fuerit vulnus ī solida carne non indiget vt apponanꝫ nisi sola stupa minutim carpinata et incisa sicca et in albu. oui infusa vsqꝫ ad ꝑfectā curationem. Bonū est autem vt post pmā appositiōeꝫ stupe nō fiat mutatio vsqꝫ ad. ij. dies. in estate vel tres ī hyeme. Sic eñ melior fit sanatio et sedatio sanguinis. Oportet aūt ɔseruare vnūquodqꝫ mēbrū in sua naturali crasi vel ad eā reducere. Unde si duo curemꝰ vulnera in sanie equalia et vnū in humido et alterū sicco sic in humido magis vtimur thure: qꝛ est minus siccū. ī sicco magis aristol. qꝛ siccior est ī tractu vel in empl'is et hoc si vulnus est in profundo. ¶ Itē vitreolū in humidis carnē minuit. in siccis repat et ɔsolidat. flos eris in siccis minuit. et nō ɔsolidat. sꝫ corrodit. fiūt auteꝫ in vulnere pustule aliquotiēs albe. et locus tēperatus et bñ tractabilis. et hoc est bonū signū. et maxime si labia bñ inflanꝫ. aliquotiēs aūt attenuanꝫ labia et exiccanꝫ. et aliqñ nigrescit locus et est durus et male tractabilis. et hoc est malū. et signū herisipile si nigrescit. tūc iuueꝫ cū fris scꝫ si nigrescit. qꝛ ex adustiōe est: cū fris est subueniendū. vt cū plagella intincta in succo solatri. sempuiue. ꝯmicularꝫ. vmbilici ve. iusqami. admixto albu. oui et oleo ro. et viol. et sandal. al. et ru. ¶ De supflua sanie.

¶ Multa āt et suplua sanies ī vulneribꝰ. fit aliqñ ꝑpter nimis forteꝫ medicinā nimis dissoluentē. aliqñ propꝫ debilē q̄ parū exiccat. Si fit propꝫ fortē medicinā nimis dissoluentē: vulnus est maius ɔcauū cuꝫ rubore et duricie: dolore et ardore: et est sanies subtilis. Si ꝑpꝫ medicinā debilē sanies est multū grossa et viscosa sine p̄dictis signis. Si g° est propter medicinā fortē apponēda est debilior. si ꝑpter debileꝫ fortior

¶ De discrasia orta in vulnere.

¶ Si aūt discrasia accidat vulneri vt calor vel frigiditas. siccitas vel hu. vñ differꝫ sanatio sananda est ꝑ ɔtraria. Si aūt innascaꝫ fistula vel cancer pmo ipsa sūt sanāda. Si collectio pmo ipsa est sananda. deinde vulnus. Calide aūt discrasie vulneris signa sunt rubor et incensio et dolor. frigide vo liuiditas. humide vo mlta sanies et mollicies: sicce vo siccitas et duricies.

¶ De vulnere facto ī aliq̄ ꝑte corporis preterq̄ in capite.


N plaga autem facta de lancea vel sili ī aliq̄ ꝑte corpis excepto capite. pmū ꝑm aliquos pone lardū quātū tibi longa videbiꝫ plaga et vnguēto fusco vnge. tūc vo pultē cōpositā hoc mō. Pone vinū: farinā: oleū mel. rutam. saluiā. absin. trita cū axungia por. oia eq̄li pondere. pone ī sartaginē et fac feruere. et post cuꝫ panno suppone q̄usqꝫ plaga siccēꝫ Memēto aūt vt vnaq̄qꝫ die bis muteꝫ nisi in pma die. et lardū ipone eq̄ quātitatis vsqꝫ ad. ix. dies. deinde vna-

quacꝫ die ꝑut caro solidauerit: paulatim lardū minue quousqꝫ iam plaga clausa videatur. et tunc impone emplastrū aliqḋ. In capite autem non oportet ponere pultez hanc: qꝛ non ꝯuenit vbi pili nascunt ꝓpter ꝯstrictionem pororum. et hec. s. vnguenta. emplastra. potiões. ⁊ curationuz. diuersitates ad vtilitatez et electionē medici, ꝑlibauimus generaliter. Sed in speciali cura vulneris capitis sine fractura cranei si plaga magna fuerit. ꝯsueuerūt quidam in duobus locis vel trib⁹ suere cum acu quadrata ⁊ filo seritio ī inferiori parte foramine relicto ⁊ tunsis capillis ⁊ embrocā: que fit ex vino ⁊ oleo ⁊ pane non ex toto asso simul ad ignem ꝯfectis supponere. ⁊ post vnguento fusco curare. Alio mō solo diuino carmine ꝯfisi sunt q̇dā experti posse curari omnes plagas. hoc. Carmine ¶ Tres boni fratres ꝑ viam vnam ibant ⁊ obuiauit eis noster dñs iesus christus et dixit eis. tres boni fratres quo itis Unus ait. Imus ad montē oliueti colligendo herbas ꝑcussionis ⁊ plagationis. ⁊ dixit dñs nr̄ iesus xp̄s. Uenite post me tres boni frēs ⁊ iurate mihi per crucifixionē dñi ⁊ per lac mulieris virginis ne in abscondito dicatis. nec inde mercedē accipiatis. Et accipite lanam succidam ouis ⁊ oleum oliue. ⁊ ponite in plagis. credite ⁊ dicite. Sicut longeus ebreus cum lancea in latere dñi nr̄i iesu christi ꝑcussit nec diu sanguinauit nec rodanauit nec doluit nec putredinem fecit: nec faciat plaga ista ꝙ carmo ī noīe patris ⁊ f. ⁊. ss. amē. ⁊ ter dicite pater noster.

¶ Signa mortalis.



Signa mortifera vulnerator sunt si ꝯsolide medie ⁊ bullionis manipulū teras et cū vino des succū bibere si vomat morietnr. si non: viuet. Itē pimpinella trita cū aqua ⁊ potata si statim exit per plagam: moriet. Itē lactuca alba trita potata si vomat moritur. Item succus piloselle sicū potatur reicitur: morietur. Item succus pedis columbini ⁊ gariofilate potat⁹ si sine īmutatiōe exit per vulnus in ea qualitate ⁊ quātitate qua potat moriet. Deficit em̄ virtus digestiua ⁊ imitatiua. De vulneribus aūt ⁊ de strictura sanguīs inferi⁹ dicet.

¶ De fractura cranei cum amplo vulnere.



Si fractura cranei magna est cū amplo vulnere. si os vel aliquid aliud sit extrahendū nisi timeatur emorosagia vel debilitas. statim extrahat. ⁊ tūc pan⁹ de lino intra craneū ⁊ durā matrez. obliquādo caute cū pēna intromittat. In ipsa aūt fractura cranei ꝑānus de lineo. vel de serico qḋ meli⁹ est imponat ita. s. ꝙ duo pāni īmittant. Un⁹. s. inter durā matrē ⁊ craneum: alius in ipsa fractura cranei ita ꝙ extremitates pāni sub craneo prudenter subponant ad defensionem ⁊ repulsionē putredinis extrinsecus fluentis ad durā matrē. quod etiā cōpetenter pōt fieri de spōgia marina lota ⁊ exiccata. Cōbibit em̄ supfluitates aduenīētes ⁊ ad locuz aliū ꝓhibet deuiari. ¶ Cōueníēter etiā pōt fieri idē de purpura vel samito vel palio. quoꝝ spissitudo resistens putredini: fluxum ꝓhibet ab

exterioribus ad interiora. Ualet ēt ad idē rarus pannus de lino vel serico. vulnus aūt exteri⁹ pecijs pāni lini albi albu. oui infusis ꝛ paꝝ expressis ipleat̄ ꝛ plumaceolus desup ponat̄. ꝛ ligature ꝓm varietatē capitis applicent̄. ꝛ bis in hyeme. ter in estate in die mutent̄. Supra ptē aūt vulneris ne sanies intus fluat: patiēs colloceت. ꝛ sic semp vsq̧ ad pfectā reparationē cranei insistatur. Si aūt supra durā matrē alia caro supflua excreuerit spōgia ampla lota ꝛ sicca quousq̧ corrodat̄ supponat̄. Repato autē craneo si supra ipm craneū caro supflua excreuerit repatū cum hermodactil' corrosione secure curetur ꝛ vulnus extrinsecus cum panno solo ꝛ carpia pfecte curet̄. Uulnere aūt ꝯsolidato apostolicon cyrurgicū est supponēduꝫ qd valet ad ossiū solidationē. ꝛ ipsi⁹ vulneris adequationē ꝛ splenis tumorē ꝛ pectoris dolorē ex fractura vel ꝯcussione vel pcussiōe vel casu.

¶ Apostolicon. ℞. picis naualis lb. ß. pic͡ grece. lb. ß. galbani. serap. amoniaci. oppop. aā. ℥. ß. cere. ℥. iij. i estate. in hyeme. ℥. ij. aceti. lb. ß. ꝯficiant̄ sic. Galbanum. serap. oppop. pix naualis in aceto supra ignē instagnato liquefiāt. ꝛ cū paꝝ de eo i aqua frigida positū se tenuerit ꝛ colorē mutauerit in citrinū: pix greca ꝛ mastix ꝛ olibanū amboꝝ. ana. ℥. ß. pulverizent̄ ꝛ cū supradictis incorporent̄ supra ignē: ꝛ cū de subalbo colore i citrinū mutauerit qd est signū pfecte decoctionis: ab igne remoueat̄: ꝛ terebētine. ℥. j. apponat̄ ꝛ tūc totū supra aquā frām colet̄. ꝛ manibus inunctis oleo laurino vel alia pinguedīe malaxet̄ iuxta ignē quousq̧ aq̄ effluxerit ꝛ cōsumat̄. et tūc magdaleones formēt̄ ꝛ reßuēt̄.

¶ De fractura cranei cū stricto vulnere.



Si fractura cranei ē magna. os autē vulneris strictū. vñ de quātitate fracture cranei cōstare nō possit cū digito vel digitis intromissis diligēter tēptetur. tactu em̄ digiti veri⁹ certificat̄. Certificata aūt fracture quātitate: vuln⁹ strictū i modū crucis cū rasorio incidas ꝛ aliquātulū amplius ꝛ quarteria a craneo cū rugine sepat ꝛ replica supra caput. et nisi sanguis multū ipediat si os fractū extrahendū est cū pinceolis si fieri pōt: illico extrahat̄. ꝙ si sanguis impediat ab extractiōe: differēdū est vsqueq̄ cessauerit p se vel tuo bñficio. ꝛ pann⁹ intromittendus mō p̄dicto p vnam diē vel. ij. vel tres quousq̧ sedetur dimittat̄: ꝛ tūc extrahat̄ fractura. ꝛ tūc pannū int̄ durā matrē ꝛ craneū predicto mō imittas ꝛ q̄ docuimus intra craneū faciēda: diligēter ꝓsequaris. supra craneum v̄o ꝛ plicata quarteria. ꝛ in eoꝝ angulis pānus lineus albumine oui infusus ipona tur. ꝛ plumaceolus de pāno supponatur. ꝛ ꝓm varietatē capitis liget̄ ꝛ a mane in sero vel ecōuerso dimittat̄. Et cū redieris ꝛ ligaturas dissolueris si quarteria tumefacta et augmētata cognoueris: bonū signū iudicabis. si nō: ꝯriū. ꝛ hoc mō est isistendū quousq̧ craneum plene cognoueris repatū. ꝛ tūc pān⁹ minuatur. ꝛ quarteria ad locū p̄stinū ꝛ ꝓpriū reducant̄. ꝛ tunc cū carpia vel alio pāno secure curent̄. Nā qñ fractura cranei est: solū pannū imittimus sꝫ scdo die vel tertio nō infusū.

¶ Unguētū v̄o vel aliqd vnctuosū nequaq̄ ꝛ in fine apostolicon supra coriū vt p̄diximus. ¶ Et nota ꝙ pan

num inter durā matrē et craneū in aqua ca. intinctū ꝑpter emorosagiā ꝛ sup pānū plumaceolū aliū ꝛ tertiū de lino vel de stupis ītinctū q̄dā solēt īponere ꝛ cessante sanguine loco cranei extracti peciā cipbi ꝺ mazer aut laminā auri solēt imponere qꝺ bodie dimittit. nota ēt ꝙ bn̄ sis memor carnis excrescētis corrosionis ꝛ spōgie lotiōis ꝓpt̄ salsedinē mar̄ ꝛ. q̄dā puluinar sup caput iudicāt alligādū. Nota etiā ꝙ in nullis vulnerib⁹ nisi in fractura cranei solus pānus ꝺm arbitriū nr̄m est īponendus infusus vel supra craneum. ꝛ a scđo die vel tertio nō infusuꝫ ne vnguētū sub craneo influat īponim⁹.

De fissura cranei.

Aliq̄n̄ findit̄ craneū ad modū rimule vt ꝑs ꝑte depressior nec eleuatior altera videat̄ vn̄ fractura nō cognoscit̄. ſꝫ si infirm⁹ teneat os clausum et nares ꝛ fortit̄ sufflet. ꝛ si ꝑ rimulaꝫ aliq̄d exalauerit fractura esse iudicat̄ cranei. vsqꝫ ad cerebrū. tunc si vuln⁹ est strictū: vt supra elarget̄. et nisi sanguis vel aliq̄d īpediat: craneū cum trepano iuxta rimulā ex vtraqꝫ ꝑte cū sūma diligētia ꝛ cautela ꝑforet̄ ꝛ foramina cōpetētia ꝓut tibi videbit̄ fiāt. Preterea cuꝫ spata vna ab vno foramine ad aliud incidat̄: vt ab vna extremitate ad aliā īcisio extendat̄: vt putredo deriuans supra cerebruꝫ bombace subtilissimo vel pāno lineo cū pēna īmisso ex obliq̄ extrabi valeat. deinde cura vt supi⁹ dixim⁹ diligēter adbibeat̄. Si fractura cranei ita stricta sit vel ī aliaꝫ ꝑteꝫ tm̄ deꝑssa vt frustuꝫ nō valeat de facili separi: ex illa ꝑte cui adberet, frustulū ꝑforet̄ ꝛ foraminib⁹ cō petētib⁹ ꝓut tibi visū fuerit facitis cuꝫ spatumine ꝛ alijs curā vt supra docuimus diligenter exequaris.

De cute incisa cuꝫ acu quadrata suenda ꝛ cū fractura cranei.



Si gladio vel lapide vel alio casu cutis īcisa cum ꝑte cranei depēdeat: cutis pēdens ꝑ mediū vsqꝫ ad craneū fractū incidat̄. ꝛ os cranei cuꝫ rugine acute sepatū ꝓijciat̄. ꝛ tūc cutis cū acu q̄drata ꝛ filo serico ex vtraqꝫ ꝑte suatur a ꝑte supiori īcipiēdo ꝛ fiat vn⁹ punctus: ꝛ nectat̄ fortit̄ ꝛ ad mensurā vncie alius punctus et eodē mō firmet̄. ꝛ sic inferius vsqꝫ ad finē ex vtraqꝫ ꝑte: inferior tm̄ ꝑs relinquat̄ apta ex vtraqꝫ ꝑte: vt vulnus ꝑ eas purgetur. et' super suturam puluis ru. ponat̄. ꝛ supra puluerē foliū plātaginis vel aliud foliū. In ipsis āt extremitatib⁹ inferius tuellus īmittatur et plumaceolus de panno superponatur quibus ablatis sanies comprimendo ad inferiores meat⁹ possit descendere et vulnus curari valeat ꝛ mundari. bic puluis vsqꝫ ad nouem dies vel duodecim bis ī die superponatur quousqꝫ carnem videamus succrescere. ꝛ consolidari. ꝛ predictos punctos tunc dissoluimus ꝛ filum extrabim⁹. ꝛ sic vsqꝫ ad perfectam curationem cum panno ꝛ carpia et alijs curare laboramus. Incisione autē facta a medico in media cute imponat̄ pann⁹ siccus. Cetera autem intra craneuꝫ ꝛ extra memineris vt in alijs curis prediximus esse prosequenda. Q̄ꝫ si parum de osse cum cute adbeserit ita ꝙ non sit perforatum craneum.

oīno:pars ossis acute sepeꝛ: ⁊ vt pri me diximꝰ cetera ꝓsequamur ꝑterq̄ q̄ ñ oꝫ cutē findere. nec itra craneū aliq̄d imitti. Q̄ſ si cutis sine craneo a capite sit sepata: eadem erit cura quā diximus. ¶ Et nota q̄ oē vulnus in ꝯtumacia capitis añ vel retro ad substantiā cerebri ꝓcedens: mortale est. Si vō p aures vl' nares vel aliā hmōi ptē ad cerebrū nō attingēs ad interiora descendat: mortale non est. ⁊ de oīm vulneꝝ taliuꝫ cura sufficienter dictum est.

¶ De craneo perforato.



Quod si craneū ꝑforatū sit sagitta infixa p mediū vt ex alia pte exeat si signa illaudabilia ñ sequanꝛ: cutem ex alia pte ex qua exit scindimꝰ et a craneo sepamus cū rugine. ⁊ sic statim nullo obuiante impedimēto si fieri pōt craneum iuxta ferrū in modū crucis ꝑforetur vt meatus ꝯuenienꝛ elargeꝛ ⁊ sic ferrū caute extrahaꝛ. ⁊ ab alia pte lignū educaꝛ. Itē si aliam ptē nō penetrauerit ⁊ signa laudabilia vsq̄ in. v. vel. vij. diē apparuerint: iuxta lignū vel ferrū inherens cutem incidimꝰ. ⁊ mō p̄ori a craneo sepamus ⁊ cū subtili trepano ꝑforamus. ⁊ sagittā extrahimus. deinde curamus vt in fractura cranei diximus. q̄ si craneū ad iteriora pliceꝛ vñ predicta sequenꝛ accñtia: cutis vsq̄ ad craneū in modū crucis cum rasorio findaꝛ: ⁊ cū rugine scarenꝛ. ⁊ a craneo separeꝛ. ⁊ tota plicatura cū trepano ꝑforeꝛ. ⁊ totū craneū illud fractū remoueaꝛ. deinde vt fractura cranei diligenter curetur.

¶ De dolore capitis ⁊ eius spēbus



pone. spatarentico: argēto vi. mirra pinguedine galline. pipere. mastice olibano corimbro conficiantur modo debito et bis in die supponātur et in hac materia larga cura ex pmis fiat et que cōpetūt lepra et scabie. In morphea nigra digeratur materia cū oximelle squill. purget cum duabus ptib⁹ yeralog. et tertia yera ruf. ❡ Tertia die fiat de herbis dictis in flēt thimo et epi. et germandrea. Exeūti det tyriaca vel metridatum cū succo fumi terre. Sequēti die nō fiat flebotomia. qr tā durus humor non euacuat per flebotomiā. fricet morphea cū panno aspero et inungatur cum petroleo acuto cuz puluere castor. ❡ Si hoc non curat apponatur ventosa cū scarificatione supra locum vel sub mēto: si morphea ē in facie. et super aspergat pul. yeraruf. et yeralog. in testa combustorum pcedat tn̄ inunctio cum sanguine leporis. et post plage illa intincta in eodem sanguine supponatur. ❡ Itez fiat vnguentum ex tartaro fuligine sale nitro. sulphure. aurip. vtroqz ell'o. an̄. ℥. ß. omnia pulverizent et incorporent cuz sapone saracenico. et parum de oleo nuc̄. cum succo lapacij et fumi t're successiue. vl' succo flaure vsqz ad spissitud. ❡ Item ruptorium supra morpheā ponat vt pars matie educat vl' fiat cū succo tapsie. et cute remota aspgat d puluere anacardi. de vtroqz ell'o lapide lazuli diuidit eñ et subtiliat crustā et grossaz meliam vsqz ad viuum. ❡ Item ad morpheā curabilem et impetig. et salsum fl'a. ℞. sulphur; vi. saponis sar. et gallici. auellane bene trite. ana. ℥. iij. tartari. fuliginis. ana. ℥. ij. aurip. salis communis. ellebori alb. ana. ℥. j. aluminis scissi. ℥. ß. de fumo ter. lapatio acu. flaura. ana. m. j. succum extrahe. et cum predictis incorpora. ❡ Item ad cutem subtiliandam accipe succum affrodillorū; radicis aurip. argentum vi. litargiruz oleum commune. q. s. confice. Item alumen sal. gē. vitreolū vstum modicū aurip. flos muri cū aceto confecta: confricentur valet ad serpigines et impetig. ❡ Item saluie agrestis folia et domestice. yricij. qui in mari inueniunt: exurant et pul. cū oleo et aceto conficiat addito musco et confricet. Sinapis etiā et nigella pirestrū. sal armo. et flos et auriū superfluitas et sperma hominis multuz valet. ❡ Abstineant ab omni acrumine grosso et viscoso et mel'ico cibo. ❡ Uomitus i omni mēse solet iuuare eos et ventosa congrue apposita: postea locus sepe fricet cum vrina capitello et aceto.

❡ De serpigine et impetigine.



Serpigo et impetigo sunt egritudies mēbrorum sub cute et mala cōplexione in carnem penetrante et cutem corrupente et colorem cutis immutante. ❡ Differunt autem in sinthomatib⁹ et causis et fiunt ex incensione sanguinis per co. ru. commixtionez et nigre. fit igitur impetigo ſm constan. duobus modis: aut eñ est in equali superficie corporis. et fit de col'. ni. et fece. sanguinis et aliquando cum prurigine. et in superficie est combustio vel est cineritij col'. cum multa est incensio et aliquando est rubei col'. cuz adustio non est magna. aliquando ex incensione sanguinis cum mel'ia incēsa. et ſm diuersitatē col'. et ei⁹ subtilitatē et tenuitatē et grossitudinez. et forsitā ſm diuersitatē cutis i subtilitate et grossitudie diuersitas positōis

ipsius reperiũtur nomina diuersa. ¶ Quãq3 enĩ co. est subtilissima et tenuis. que ad cutem trãsmissa euadit et exit fluit per porosvenar angustos et facit minutas ĩfectiões nec propter ei⁹ subtilitatem multũ ingrossat cutem et vocatur hic pes milij siue granulosus. Et qñq3 est mediocriter tenuis subet resudat exit ĩ lõgũ. et iõ herpes cingul⁹ siue serpigo vocatur et forsitan quia q̃rit exitum: serpit. Et qñq3 ẽ mediocriter grosse subet stat ĩ profundo et serpit girũ in loco cui ĩsidet et herpes serpigo vocatur et gñal'r cũ ĩ profundũ penetrat: ĩpetigo vocatur q̃si interiora tingẽdo petens et hoc forsitan cõtingit propter grossitudinẽ co. aut cutis. et interdũ exit fundit propter subtilitatẽ suã vel raritatẽ cutis eo q' exit serpit ad modũ vermis. Qñ igitur fit ex mel'ia q̃ est fex sanguis fit cũ prurigine. et non multũ corrũpit corpis habitudinẽ. et ẽ curabilior. Et qñ fit ex mel'ia adusta q̃ nõ est fex sanguis est difficilior cure faciẽs ineq̃litatẽ sm supficiẽ corpis q̃si furfurea. Et hec deambulatio cito corrũpit totã corpis eq̃litatẽ. Que igr ð co. ẽ subtili multũ cũ nõ sit viscosa locũ ĩmutat et spit. Et q̃ ẽ ð co. viscosa ĩ vno loco stat et nõ mutat et iõ spigo noiatur. Ea igitur q̃ est de co. ni. et fece sanguis medicabitur cũ fl'bia et farmacia hu. incensos mundificãtib⁹. Que vero de co. ĩcẽsa: cũ medicina co. purgatiua. Digeratur igitur materia cũ eq̃li mixtura oximell' et syru. ð fumo terre et purgetur cũ. ij ptib⁹ catartici impial' et tertia yeraruf. Tertia die fiat stupha de herbis friis et apponatur fum⁹ terre scab'. lapacium acu'. Exeunti a stupha offeratur ru. tro. cum tertia pte tyriace maioris. Sequẽti die fiat flebotomia de epatica vel de alia vena sm positionem materie. et tunc inungatur locus ĩfectus vnguento qð sic fit. ¶ Accipe radicem lapacij acu. et laua bene et extrahatur illud durum q' interius est et alia pars frustatim incidatur et ponatur in butyro per paucos dies tertio die decoquatur vsq3 ad integram resolutionem radicis tunc exprimatur fortiter per pannum et in colatura liq̃fiat cera et fiat vnguẽtum. ¶ Item aliud qð fortius operatur in inueterata serpigine ex radice lapacij acu. bene pistata quasi salsa et argento vi. et axungia por. veteri. et cera fiat vnguentum. ¶ Item aliud ex thure et alumine de pluma et axungia por. et argẽto vi. et succo ab sin. fiat vnguentũ. Item ex aurip. et sapone gallico. fiat vnguentũ. Item flos muri conficiatur cum saluia et inde vngatur. Item gummi prunorum cũ fortissimo aceto per noctem dimittatur et locus confricetur contra impetiginem aspaltum confectum cũ aceto confert. ¶ Oleũ de frumento cõfert. Sed memento q' cum ponitur aurip. cum sapone: prius lauetur loc⁹ et post fiat ĩunctio cũ populeõ. quia vehementer exurit. ¶ Oleum iuniperinum vel lau'. confert. R. litargir. tartari vini al'. ciclaminis vsti. teste cucurbite vste. puluer fuliginis. piretri. ãñ. ℥. j. succi ciclaminis et olei. q. s. ¶ Item radix lapacij et sal conterantur fortiter. post admisceatur acetum et coletur per pannũ et inungatur loc⁹ et in breui occidet impetigĩ. ¶ Item flos lilij croceus qui intus est inclusus super faciem inductus: serpiginem facit. sed albus eius flos illinitus eam sanat. ¶ Et nota q' serpigo cum est in facie. idẽ est q' noli me tangere. ¶ Item vngatur locus de oleo se. lini. et radice lapacij tritis vel ð radice rubee maior siue cẽtauree. aut ð albumine cũ succo fumit.

¶ De herpete. ¶ Contra herpetē miliū nō oz vt fiat purgatio sꝫ ꝑticularib⁹ ꝯuenientib⁹ fiat flōmia ꝛ tertia die vel quarta fiat bal. ꝛ suauiter totū corpus fricet̃: vt ex naturali ꝓ̄tate. balnei alteretur co. et per actualē calorē apiant̃ pori ad expirationē ignearꝫ fumositatum.

¶ De herpete cingulo. ¶ Cōtra herpetē cingulū ꝑmo digerat̃ materia cū oximelle diur̃. vel oxizacara. qua digesta purget̃ cū oxi. post fiat stupha de herbis f̃ris. exeūti de stupha: det̃ rubea. Quarta die ponāt̃ ventose supra renes vt attrahatur materia ad exteriora. post fiat vnguentū. Accipe pul. litar. vel salis nitri ꝛ distēpa cū succo lapacij acu. ꝛ succo fumiter. ꝛ succo scab. ꝛ inde fiat vnguētū ꝛ vnge. bis nō ꝓferentibus fiat cura morphee rubee.

¶ De antrace ꝛ carbunculo.

Antrax ꝛ carbunculus sunt apostemata venenosa et in facie sepius ꝓdeuntia: ꝛ ipsam cum curant̃ deturpantia. ꝛ fiūt de triplici materia. s. de sanguīe habente putredinē ꝛ de co. hñte īpetū ꝛ acuminē ꝛ ð mł'ia hñte diuturnitatē qñq; rubet ex sanguine. qñq; citrinescit ex co. qñq; liuescit vel nigrescit ex mł'ia ꝛ qñq; omnes colores simul apparēt ꝛ hñt virgulatā formā videlꝫ vnā liueā citrinā aliā ru. aliā nigrā ꝛ in ꝑncipio apparēt ī modū lenticule ꝛ hñt nigredinē puā in superficie ꝛ a sūmitate apostematis videt̃ q̄si filū trahi in ꝓfundū. ꝛ fit in medio quedā depressio q̄si q̄daꝫ filo traheret̃ In mēbro collectōis sentit̃ aggrauatio ꝛ pōdus ac si eēt mēbrū plūbeū. in carbunculo magꝭ est mł'a in antrace magis co. ꝛ ꝓpt̃ hoc magis cauat. qꝛ vestigiū antri post se relinq̄t q̄ denoīat̃ a carbone carbunculus. cōburit eñ vt carbo. In nullo paruo ꝑpate tā magn⁹ dolor est. qñq; est sine fe. et tūc nullus morit̃: qñq; cum fe. ꝛ tūc pauci euadunt: nullus tñ sine fe. morit̃. Item qñq; est in carnosis locis. ꝛ tūc parꝫ timet̃. qñq; in locis venis. neruis ꝛ arterijs intricatis: ꝛ tūc timorosuꝫ est ꝛ non sine periculo. Uulgaris opinio ē ꝛ vera qð cū circa diatragma puncture ꝛ sudor frigid⁹ sentit̃ mors est in limine. maxime si in remotis ꝑtib⁹ fuerit antrax. Si ex directo sit cordis vel oris stomachi: mortale est. Item si diuersi coloris fuerit ꝛ subito delitescat ꝛ alias nō appareat: mortale. Itē si subito apparet ꝛ statim hꝫ q̄si quādā obfuscationem. Item qñq; cuꝫ apparet ab hoīe scalpit̃ ꝛ rūpit̃. ꝛ tūc nō est sine periculo. Itē post rupturā ipsi⁹ fac os amplū ꝛ saniosuꝫ in medio ꝛ denigrat̃ circa. ꝛ apparet siccū ꝛ inflatur ꝛ magnū facit vlcus ꝛ fetet. ꝛ cū his sine fe. sepe curat̃. Particularibus q̄ cōuenientib⁹ ab ipsa ꝑte pa. fiat flōmia a quibusdā alijs emittatur ne materia venenosa trahat̃ in venas. ¶ Quidā faciūt ꝑ methatesim ne trahatur materia ad nobile mēbrū. sic nō dꝫ dari medicina trahens ꝛ euacuās ꝑ ventrē ne ad interiora trahat̃. alijs aūt videt̃ ꝙ debeat fieri flōmia ꝛ si sit in ꝑtib⁹ superiorib⁹ de cephalica. si in medijs de mediana. Si est in inferioribus de basilica. ꝛ semꝑ ꝭm eandē ꝑtem nunq̄ ꝑ oppositū. ꝙ si ꝑticularib⁹ nō ꝯuenientib⁹ nō possit fieri flōia reficiat̃ pane azimo ꝛ aq̄. ¶ Itē in oī apostemate venenoso nō est repcutienda materia. sꝫ circa locū subueniamus f̃ris vt cū olō ro. viol. succo solatri ꝛ aceto malorūgra. succo plātag. strigni. capolor. vitis. me-

mithe. vermicularꝫ ⁊ silib⁹. Et si nō febricitet in vero antrace exbibeat tyriaca p os cū vino tep. ⁊ bis vel ter supponat antraci in die. ⁊ hꝫ si p bata fuerit tyriaca ꝙ possit cōfidi i ea. Et cum desiccabit apponat alia vsqꝫ ad rupturā apostematꝫ. ❡ Itē gallina deplumet in posterioribus ⁊ ponat eius anus sup vlcus. ⁊ con stringat eius rostrū vicissim. vt co gat sugere p posteriora. mortua p̓ ma vel multū inflata. apponat alia ⁊ sic fiat pluries. quāto plures mo riunt: tanto pei⁹. Signū em̄ ē mul titudinis materie. si autē febrierit: nō det tyriaca per os sed det iacea nigra. i. matefelū q̄ crescit in segeti bus. Uel ꝑpina liliū vel scabiosam Scabiosa siue ꝯsolida. minor ꝯtri ta int̓ duos lapides valet vtrobiqꝫ ❡ Stercus aūt humanū tep. super positū optimū est ante rupturā ⁊ p⁹ venenū ꝯsumit ⁊ emūdat. Itē apiū risus ⁊ pes colūbin⁹ multum valet. Itē in dolore intolerabili radix li lij decoquat in aq̄ terat ⁊ suppona tur. Itē vitellū oui crudū cū sale su perponat bis vel pluries i die vsqꝫ ad rupturā. Sequēti die post p̄mā appositionē denigrabitur pustula vsqꝫ ad rupturā. Rupto apostema te: distillabit sanies liq̄da admixta sanguini. tūc accipe succū apij ⁊ mel dispu. ⁊ farinā tritici vel filiginis ⁊ bulliāt ad spissitudinē ⁊ fiāt quasi pultes spisse et tep. supponant bis vel ter in die. ❡ Scd̄a autē die vel tertia illa crustula infecta sic eleuet ⁊ remoueat. ⁊ tūc rubea caro rema nens infundēs sanguineas guttas sine aliq̄ īfectōe curet p regnatiua. ❡ Nota ꝙ saphirus sp̄alis est i an trace si ducat in circuitu et post ex directo teneat. Si aūt mors istare videbit: attramētū cū vino ⁊ aqua propinet. Q̄nqꝫ aūt inflat loc⁹ ⁊ sa

cit cornu vt in dorso equi. tunc fiat emplr̄m de butyro. altea. se. lini. fenu gre. buglossa. pinguedie lactꝫ. sic em̄ sepat cornu a carne. itē buglā piglā saniclam. pentafilon. herbā roberti allia ad quātitatē oīm herbaꝝ ꝑdi ctaꝝ tere ⁊ tritas decoque in aq̄ de coctionis corticis spine nigre. her bis abiectis ab aqua: appone mel ⁊ bulli paꝝ. post adde farinā filiginis delicatissimā: ⁊ cū vti volueris: te pidū superpone. Bonū aūt est. iun gere locū circa cū populeon. aplicō etiā valet hic ⁊ galbanū suppositū. ❡ Nota si carueris tyriaca: metri datū: vl̓ oppopira supponat. Nota ꝙ plus valet gallus ꝙ̄ gallina i sup pōne. Quidā faciūt d̓iam īter hos morbos: q: carbūculus de sanguie grosso ⁊ corrupto nascit ⁊ facit emi nentiā: et q: fit ex sanguine adusto prius rubet post nigrescit ⁊ carbun culus vix fit solus. Antrax vo fit ex plurib⁹ humorib⁹ adustis et magis imbibit carni. ⁊ tribus colorib⁹ affi cit ⁊ semp est solus. ❡ Docēt autē quidā in p̄ncipio extinguere feruo rem sanguīs cū cassiat. tamarinō. māna. viol̓. iuiub. sed caueat ne mul tū venter soluat. cotula fe. multum valet circa locū frumentū mastica tum valet in carbunculo ad matu rationē. sil̓r si sal īponat ibi. frumē tū vo coctū nil valet rannū cū oleo valet sil̓r nitrum ⁊ terebentina car bunculū apit ⁊ saniem trahit. sil̓r fa rina orobi cū butyro ⁊ sale. his non ꝯferentib⁹ cū incensiuis siue attra ctiuis est statim insistēdū. vn̄ alliū pistatū ⁊ suppositū valet. nitrū ꝙ̄ ⁊ aurip. sandaraci. et calciteos. Item ex pipe aurip. ⁊ ficub⁹ siccis fiat em plastrū. carbūculū mollificat plagel la. i. tēta felle ītincta sepi⁹ alternet. his nō ꝯferentib⁹. ferro ca. vratur. Quidā āt cū nobile mēbrū possede

rit trahūt ad loca min⁹nociua sic ac cipiūt ostrea viua ⁊ ligāt ꝓpe locū ⁊ ad se trahūt venenosam materiaȝ p⁹ligāt in alio loco alia ostrea ⁊ ad illum locū attrahūt donec sit ī loco nō timoroso. Labrū veneris multū valet ad h̄ potatū. Ad regnatōeȝ āt carnis fiat vngnētū ex mastice. thu re. aristol. rotunda. myrrha. vernice farina orobi. litargi. cerusa. aloe ex aliquib⁹ siue ex plurib⁹ fiat vnguē- tum. ⁊ ex pinguedine galline ⁊ cera parū. vel porci. vel sepi arietini. ali- quantulū. repleto autem antro si fie ri pōt. ad subtilē cicatrizationē vn- gat̄ cū vnguēto citrino. vel caseus caprinus cū melle ꝯtritus suppona tur vetus. vel apostolicon: vł aliqđ vnguentū dictum in ornatu faciei. Cicatrizationē eñ subtilem faciūt.

¶ Tyriaca magna. ¶ Tyriaca magna. ℞. trociscoꝝ squilliticoruȝ ʒ. ij. ⁊ ℈. ij. piperis lon. ʒ. ij. trociscoꝝ tyri. ⁊ trociscoꝝ. diacoralli amboꝝ. ana. ʒ. j. ⁊. ℈. j. xilobalsami. ℈. j. ⁊ gra na. vij. apij. agarici. ro. hyris. scor- deon. se. rape. siluastice. cinamomi. opobalsami. omnium. viij. añ. ℈. ij. ⁊ grana. xiiij. reubarba. spice. costi. croci. squinanti. ȝinȝib. cassielig. sto racis. cal. myrrhe. terebentine. thu- ris masculi. calamenti. diptanni. sti cados. polij. radicis. pentaf. petro. piperis. al. oīm. xv. añ. ʒ. j. ⁊ g̃na. vij. folij. gū. ara. calcanti. vsti. serap̄. ter re sigillate. fu. boli. ypoq̄sti. celtice. acori. camedrei. gencia. meu. carpo- bal. apij. amomi. maratri. carui sil- uestrꝫ siselei. nasturtij. se. anisi. ype- ricon. omniuȝ. xx. añ. ℈. j. mumie. castorei. opop̄. aspalti. galbani. cen tauree mi. aristolog. long. dauci sil- uastici. omnium. viij. añ. ℈. j. mellis quantum sufficit. det̄ in modū auel lane cū tepida. valet epilenticis sco thomaticis. ⁊ vt breuiter dicam oī- bus frigidis causis ⁊ egritudinib⁹. ⁊ reumati ex frigiditate vel ventosi tate. ⁊ in se. ꝯtinuis ex materia mul ta dissoluta fluente ad spiritualia. ⁊ quādo inducat̄ suffocatio. tunc cō petit tyriaca. facit eñ recuparevo- cem. ¶ Sed si accidat amissio vo- cis ex frigiditate: non det̄: augmen taret eñ cāȝ. Similiter dico de mu lieribus: q̄ꝛ in colerica perpetuā ste rilitatem induceret. in pingui ⁊ hu- mida preparat ad ꝯcipiendū. Et si bona est tyriaca: omnem fluxū ven- tris stringit: ī venenosa materia de vtraq; causa ꝓfert. Unde valet ī oī specie lepre p̄cipue dat̄ ꝯ venenum ⁊ morsum canis rabidi. ⁊ posita su- pra vulnus etiam si latuerit p annū Silr̄ ꝯtra morsum frenetici. alr̄ eñ fit morsus freneticus. ¶ Iteȝ ꝯtra antracē si non febrierit: vel etiā me tridatū. Itē valet ꝯtra venenuȝ qđ recipit̄ p os p̄cedente vomitu. In exhibitione ꝯtra toxicum pōt dari ad pondus. ʒ. iij. vel. iiij. cū vino de- coctionis diptanni. vel genciane vł mēte vł ypicon. Denoīat̄ a tyro ser pente. tyri serpētes sunt vltra mare in yerico in mane ꝓpt̄ ſrateȝ aeris mortificati h̄ mortificatio ē ex ap- tiōe poroꝝ. calidi eñ sunt. Uenenū āt ī his ꝓpt̄ leuitatē sui facile petit extrema. vñ abscindūt̄ ab eis caput ⁊ cauda. iiij. digitꝫ mēsuratꝫ. ⁊ inde trocisci ꝯficiunt̄ sic. illud mediū op time lauet̄ ⁊ decoquat̄ ⁊ spinis ab- iectꝫ: ꝯterat̄ ⁊ inde trocis. cuȝ farina orobi consiciantur.

¶ De scrophulis ⁊ glandulis.



Scropule ⁊ glandule sū apata dura ī molli car ne nascētia vt in emun ctorijs locis venaꝝ et arteriaꝝ vt collo. assell ⁊ īguinib⁹ frequēter ⁊ q̄nq; in alijs locis. Nascunt̄ autē ex supfluitatib

bus mēbrorū pncipaliuʒ q̄s natura expellit tanq̄ ad loca emūctoria et fluxū recipientia. ⁊ q2 supfluitates ille sunt terrestres m'lice nec aliquo mō a pncipalib'mēbris digeri valent. iō in his locis coadunāt ⁊ coagulanť in modū carnis formantes sibi pelliculas in modū tunice exicatis cū radicib'p q̄s fit descēsus ⁊ fluxus ad eas. ¶ Qñq₃ aūt colligiť materia mollior ⁊ fluxibilior i vnā vel plures nō multas tñ ptes ⁊ fiūt grossiores nō solū humores q̄s recipiūt sibi incorpantes: sed etiā alibi trāsmittētes. Unde sepi'repiuntur cause tinee. scabiei. mali mortui. cācri ⁊ fistule. ⁊ filium. ⁊ vocanť glandes. Qñq₃ aūt materia siccior diuidiť ⁊ cadit in plures ptes minutas vñ multa ⁊ dura ⁊ 9globata apata gñanť ⁊ vocanť scropbule: a multiplicatiōe fetus admodū scropbaꝝ ⁊ etiā morb'regis. q2 reges hūc morbū curāt. Cū aūt sint tales supfluitates sicce: a siccitate interiori ⁊ exteriori mēbri coagulanť. Uñ i se nō recipiūt infusionē nec dilatationeʒ vt in glandulis: sʒ oʒ q̄ refundať ex ⁊ aliud inde ex alia materia gñetur ⁊ sic ex tali materia multa apata nascunť. ¶ Discernunť aūt ad inuicē p empl'm factū de edera terrestri et folijs citri bullitis cū ol'o ⁊ supponatur p. iiij. dies ⁊ sic glandule molles inueniunť. Utrarūq₃ aūt eadē ē cura. sed intensior est in scropbulis tā in maturatōe q̄ in incisione vel incensione. In his non: est repcutienda materia. sʒ dʒ dissolui ⁊ emolliri ⁊ desiccari ⁊ fluxus 9stringi. ¶ In primis tenteť si potuerint dissolui. si nō: emollianť mollificatis. corrosiua apponanť p se em̄ non crepant post apponāť desiccatiua 9stringētia fluxū. Ultimo claudentia supponanť. Quidā laborāt repcutere cū succo plantagi. ⁊ solatri. q̄ etiā paꝝ bulliunt in aceto et intingať stupa canabina ⁊ frequēter supponatur. Si nō statim pñt repcuti ⁊ h' in pncipio nō est imorādū nec supfluitas redūdet ad nigredinē. Si nō possit repcuti: dissoluať sic. Extrahať succus celidonie. agrimonie. rute. ⁊ radicis rafani. ⁊ isti succi admisceanť cū ol'o lauř. ⁊ bulliāt fere vsq₃ ad cōsumptionē. ⁊ intingať ibi lana succida vel filtrū ru. ⁊ supponať. vl' de felle porcino inūgať p aurē si circa gulā sunt: succ' laureole infundať. vel meditullinū ell'i ni. cū petroleō decoquať. ⁊ vna gutta vel due instillenť. Uel melius est ol'm sacrosctm̄. qd̄ fit de tapsia. ⁊ radicibus rafani bullitis cū petroleon ⁊ ol'o de pulegio ita q̄ dū vnū minuiť. aliud addať quousq₃ radices emollescāt tūc fortiť exprimāť. ⁊ liquor vsui reseruet. ⁊ cū opus fuerit: gutta instilleť in aurē. si i alia pte corpis fuerint: inungať. Iteʒ. iij. gutte lactis titimalli in ouo recipianť. ⁊ cū capitello bulliāt ⁊ scropbulis superposite: mollificāt ⁊ dissoluūt. ¶ Item purgeť pus laxatiuo qd̄ dř gra dei: cuʒ scamonea. ⁊ hoc sepius. deinde supponať. ℞. picis vtriusq₃ salis armo. ⁊ mastic vel apl'icon. potio ad scropbulas. ℞. cinamomi. spice. gariof. thur. ʒinʒib. galange. reub. añ. ʒ. ß. scamo. ʒ. ij. ⁊. ß. euforbij. ʒ. ij. aloe. ʒ. iij. da septies. ¶ Aliud. ℞. turbith. scamo. cinamomi. gariof. spice. añ. ʒ. j. euforb. quātū de oib'. ad idem pone radicē nucis et farinā fabe et sanguissugas. deť vinū luna decrescente in quo bullierit radix laureole. radix ireos. ciclamē. faba lupina bruscus. sparag'. aristol'. rotū. affodilli. rafanus. hermod'. ell'us niger.

¶ Rafanus etiā mire ꝓdest q̄cūq̄ mō sūptus. Catbapu͂a ebli siue elli suppositū diminuit scropulas. fiāt q̄ crispelle ď farina siliginis ⁊ ouis radice vitiscelle. lapacij. ciclamis ⁊ rafano. ⁊ accipiat ieiun⁹ de eis ⁊ vino dicto. Succ⁹ radicis sigilli sctē marie ⁊ agrimonie mixt⁹ vino rub. oī die def a ꝑncipio augusti vł mar cij donec san⁹fit. Itē scropbule recentes sine ruptorio et incisione h̄ vnguēto curant. ℞. cinamomi. gariof. argenti vi. sulpburis vi. picis naualis. cere. radicis. enulle. ⁊ axungie por. Istud etiā vnguētū cicatrices scropbulaꝝ subtiliat ⁊ dealbat. Itē teraf gūmi edere ⁊ trocisci serpentis resecatꝫ cauda ⁊ capite ī olo bulliant ⁊ colenf. ol'm istud tepidū auri pa. instilleř a pte scropularum Si sic nō pn̄t dissolui et ꝯsumi: fiat empl'm mollificatiuū ⁊ maturatiuū ex radice bis malue ⁊ cucu. agrestis coctis in aq̄ vsq̄ ad plenā resol'onē ⁊ tūc teraf cū axūgia porci vetusta fermēto ⁊ sale. ⁊ frequēter supponatur. vel de yri cocta. vel de ficubus īmaturis. farina lupinoꝝ tēpata cū aq̄. ¶ Itē radix cucu. agrestꝫ. nitrū ⁊ fermētum. ⁊ aristol'. ⁊ altea multa eas mollificāt. Si aūt indurescāt ⁊ crescāt. ⁊ sic ꝑ mensem vel dimidiū annū ⁊ fit puer: fiat sic ol'm radicis tapsie ⁊ rapbani agrestis in olo bulliant optime in vase posito ī caldario aq̄ pleno. de olo boc. iij. gutte vł iiij. instillenf in aure illius ptis et dimittanf in pte illa. Et si ꝑ illud ītimuerit et fracta fuerit: ita q̄ aliq̄ putredo inde exierit. liberabif ꝑ illam medicinā si nō: nō. q̄ si fuerit signū liberatiōis: insistaf pluries cū oleo illo et fiat ista potio. Accipe arūdinū radices mali terre. spagi. ⁊ brusci. radicis elli ni. polip. aristol'. ro. fabe lupine scropbularie. rapbani agrestis et domestici. spatule fe. folioꝝ laureole quātum de oīb⁹ista oīa bulliāt ī vino optimo. Et si fuerit borribilis: asꝑgaf ď zucc. vł melle. ⁊ nō accipiat aliud laxatiuū. Duc enim ter vel quater in die vel plus. Q ꝫ si bec medicina nō valuerit ⁊ rubescat ⁊ mollescat ⁊ videaf duci ad saniē aliq̄ mō apiaf cū flomo ⁊ extbaf paulatim sanies ⁊ ponaf in orificio tenta intincta in vnguēto fusco. vel vnguento facto de alumine de pluma ⁊ melle ⁊ attramēto ad ꝓseruationē instillatōis. Sꝫ q2 talis aptio nō est nisi labor ⁊ tediū. iō sic meliori mō īcidim⁹. ¶ Hic notato q̄ nunq̄ incidaf scropbula vł glandula nisi q̄ bn̄ manu teneri atq̄ tractari pn̄t. ¶ Cum igif incidaf scropbula vel glandula: ꝑmo dꝫ accipi ī vna manu ⁊ firmiter teneri. ⁊ tunc cuticula supior dꝫ in longū incidi. ⁊ binc ⁊ inde scarnari. ⁊ vnco appbendi. ⁊ ad supiora trabi. ⁊ si alia secuta fuerit: ipsa trabaf. ⁊ oēs quotq̄t adberēt cum suis folliculis. Si vo emorosagia secuta fuerit nimia ꝑ īterualla trabaf. ⁊ vuln⁹ impleaf pāno albu. oui infuso. Scda vo die si quid de scropbulis vel suis follicul' remāserit: ei puluis de affodillis supponaf. deinde carnositas ⁊ putredo extbaf. Ualet etiā ille pul. ad corrodendū illū pāniculū qui remanet ex aptiōe. Cū vo vuln⁹ tumefactuꝫ prospexeris ⁊ desiccatū: pannus in albu. oui infusus: immittendus est. Supius vo plagella cū ouo q̄uisq̄ videris pāniculū bn̄ putridū ⁊ corruptum ⁊ vulnus saniem emittere. Post vo cū vnguento viridi ⁊ alijs cura adbibeaf. alio āt mō apif illis qui timent incisionem. apponatur ruptorium q̄ fit de cantaridibus ⁊

sepo byrcino ꝛ modico aceto simul tritis. vel de simplici allio trito. vel de vitiscella viridi trita. vel de cantaridibꝰ ꝛ aurip. cū sepo byrcino et dimittaꝛ ꝑ dimidiā noctē. vl' de cantaridibꝰ ꝛ eufoꝛ: tunc apponaꝛ realgar repꝛessum ad quātitatē lenticule cū equali pondere pulueris attramēti. vel bermoď. vel etiā ꝑ se inunctione facta circa scropbulā cum populeon. aut succis frigidissimis, et talis vnctio fiat ꝑ. iij. dies. Quarto die supponaꝛ emplm̄ maturatiuū de folijs caulis ꝛ axungia poꝛ. veteri bñ tritis. folijs dico ꝑus aliquantulū sub cineribus calefactis vel supponāꝛ pultes de succo apij. farina ꝛ melle. vel ficubꝰ siccis pꝛius aqua mollitis cū axungia poꝛ. ꝛ cū vlcus factū fuerit: apponaꝛ tēta ī p̄dictis vnguētis infusa ad ꝑseruationem a fistula. ¶ Caute aūt est istud agēdū ī delicatis. cū ꝟo scropbula separata fuerit a carne vera ꝛ bona. ꝛ si alia remanserit iteretur cura si non sed radix alia apponaꝛ spongia vel bermoď. donec sufficienter coꝛrodatur quo facto tractus supponaꝛ qui saniem potenter extrabit vlcꝰ mundificat ꝛ carnē regenerat. Cōficiꝛ ꝟo sic resina cū modico aceti in olla liq̄fiat ꝛ coleꝛ ꝑ pannū foꝛtiter in aqua frigida ī pelui q̄ colatura manibus inunctis diutius malaxetur ꝛ vsui reserueꝛ. vel pōt apponi apostolicon. ¶ Secuꝝ aūt ꝯsiliū est vt fiāt duo cauteria supꝛa capita glandulaꝝ vt fluxus intercipiaꝛ a supioribus. vl' trabaꝛ sepo ꝑ mediū glandule vt tota extrabaꝛ ad saniē ꝛ tūc non oꝫ alia facere. Post aptionem aūt ꝛ eductionem si cito nō cessat sanies īponēdus est pul. de affoď. debinc ꝟo vt superius dixi ꝓsequendū ē. Post deficcatōeꝫ ꝟo ad carnis regenerationeꝫ ꝛ ad subtilem cicatrizationē. apponaꝛ vnguētū al. vel citrinū vel aliud ꝑus dictū. In oībus aūt scropbulis ꝛ glandulis vtile est vt p̄cedat vr̄is purgatio añ incisionē vel incensionē. vel etiā maturationeꝫ. ¶ Et nota ꝙ cū sicꝰ vel scropbula ꝑ appositionē realgar īceperit a bona carne separi: puluis salis ꝛ stupe canabine. a ñ cōbustorū cū puluere cuꝑose: velociter eradicat. Scropbule ꝟo saniose curāꝛ apoꝫimate qď fit ď pede ancipitris decocto in vino albo vsq; ad ꝯsumptionē tertie ꝑtis ꝑ. ix. dies facta īunctōe cū vnguēto qď est supius ꝙ dixi scropulas recentes sine incisione ꝛ ruptoꝛio curare. Tumoꝛi ꝟo q̄ fit a scropbulis imponaꝛ emplm̄ ꝙ fit de farina fabaꝝ ꝛ aceto foꝛtissimo ꝛ vꝛina pa. ficus autē vocantur carnes glandulose in alijs ꝑtibꝰ nascentes. Testudo aūt est caro glandulosa seu ventosa ī locis neruosis vt in crate manus extra ꝛ eiꝰ iunctura ꝛ sola crescit. ꝛ fit sepe ex cassatura neruoꝝ. curaꝛ aūt ꝑ fricationem ꝛ ꝯstrictionē. ꝛ sepe per incisioneꝫ ꝛ non est sine periculo.

¶ De superfluitatibus filibus scropbulis.

Superfluitates aūt nascuntur in capite filꝫ scropbulis. Quaꝝ quedā est dura quedā mollis. Itē quedaꝫ mobilis: quedam īmobilis. que ꝟo mobilis est curatur ꝑ incisioneꝫ vt supius diximꝰ. Et bic addimus ꝙ si pāniculus qui intus est natus exbi non possit: relinquaꝛ ꝛ in vulne-

re pannus albumine oui īfusus ponat. ꝛ scđa die impleat puluere affodillorum qui talē pāniculū corrodit. ꝛ putredinē fac. ꝛ h' puluis aspsus īponat q̇ .℞. succi affodillorum. ℥. vj. calc vi. ℥. iij. aurip. ℥. j. cōfice sic. sic cꝰ bulliat in olla. deinde addat calx ꝛ bene incorporentur. post addatur aurip. ꝛ parum bulliat ꝛ bn̄ incorporetur ꝛ ponat ad solem. ꝛ cum desiccabitur. formēt inde troci. ꝛ bn̄ desiccati: v sui reseruētur. ℂ Cū aūt vullus tumefactū videris: scias panniculū esse corrosum. ꝛ tūc pannus in albu. oui infusus est imponendus ꝛ superius stupa ī albu. oui infusa vt superius dictū est. Scrophula aūt immobilis cutem inficit ꝛ ꝯdēpsat nimiū ita vt dura mater in craneo eadē sit infectiōe ꝯiuncta ꝛ ab ipso craneo videat habere principium. ℂ Cura autē eius est vt cutis tota radicitus separet. ꝛ cū trepano circa infectū craneū cōpetenter perforetur craneum cum spatamine. ꝛ totum remoueas. ipsam vero supfluitatem a dura matre separare ē valde difficile ꝛ periculū. ideo talē curam non curatam potius relinquere q̄ temerarie aggredi: vtilius iudicamus.

ℂ Liber quartus de morbis membrorum spiritualium. Incipit.

ℂ De vua et morbis eiꝰ ꝛ follibus ꝛ brancis ꝛ apostemate vuule.



Va est mēbrum in modū mamille duo habens foramina supiꝰ amplum: inferiꝰ strictū ꝛ acutū. et purgās caput a flica humiditate. Vñ et ea qñq; relaxat qñq; cadit. qñq; tumet. vñ sequitur tussis ꝛ impedimentum transglutiendi. vel hanelandi. qñq; autem fit hmōi vitium in ea ex catarro et eiꝰ vicinis locis. vñ fiunt branci. ꝛ folles. Quandoq; autem tumet vel relaxatur ex sanguine ꝛ alijs hu. raro tamen ex melan colia. Quandoq; a fumo ascendente a stomacho. vnde nimium dolorem patiuntur cum cibus transglutitur. aliquando non glutiunt saliuam nisi cum maximo dolore. aliquando apostema nascit in vua. discernit autem ore aperto linguaq; depressa digito inferius: per eius inflationem. et dolorem. ℂ Sanguinis enim signa sunt. tumor. rubor. calor. dulcedo oris. plenitudo venarum. pulsus nimius ꝛ plenus. ℂ Colere signa sunt ardor. siccitas cum siti. paruus tumor. dolor pungitiuus cum amaritudine oris Flegmatis signa sunt tumor. pallor cum insipiditate oris. et saliue abundantia et paruus est dolor. mollicies sine siccitate. ℂ Si igit egritudo est de sanguine minuatur de cephal'. ℂ Si de alijs hu. purgētur fil'r. Si ex relaxatione vel casu: purget cum pill' aur. tertia die dent

opiate rubea ꝯ calı̃os bu. aurea . vel metridatũ: ꝯ frı̃a in relaxatiõe. diaolibanũ tyriaca. similr in catarro. Si ḡ sit ex co. vl' sanguine: fiant gargarismata dissolutiua: vt ex galla cũ aceto. vl' psidia. balau. ro. mirta. sumac precedat tñ purgatio vt in co. ⁊ seq̃tur rubea tro. Uel deɫ purgatio cuꝫ cassiafis. tamarindis mãna. viol. et similib⁹ Bargarizet ꝙ d yamoꝛon cuꝫ decoctiõe antere. Inungaɫ ãt cum succis frı̃s. Si vͦ sit ex fle: fiat gargarismus ex ꝫinꝫi. pipe. piretro. staphisagria. myrrba. nitro sale armo. in vino decoctiõis. Iuuat aũt ouũ ca. coctũ. ⁊ aplanatũ i ꝯtumacia positũ sale supposito. Decoctio radicꝭ celido. gargarizeɫ. ⁊ ipsa radix vue applıceɫ. Cõtra relaxationem vue valet silr trabere ꝑ capillos supius Sinapis aũt aut vsus ca. salsaꝝ cõfert trocisci ꝺ stoꝛace. tbure. mirrba sub lingua valent. Puluis ad vuule casum valens. ℞. myrrbe. sal' armo. pipis al. ⁊ lõ. añ. fiat pul. ⁊ ꝑ cãnalẽ vue instilleɫ. aliqñ ossa circũiacentia eisdem causis elonganɫ. quib⁹ ⁊ vuula ⁊ eisdẽ causis curãɫ. ¶ Sub leuenɫ aũt queãdmodũ ⁊ vuula cuꝫ digito foꝛtiter ⁊ sursum cõpꝛimanɫ queãdmodũ ⁊ ranula. Nõ em̃ min⁹ pariunt nocumentũ cũ relaxanɫ: ꝙ̃ vuula. ¶ In pueris ãt semꝑ debet vuula sursum cõpꝛimi foꝛtiɫ. aurea aũt cũ musceleon teꝑ. in bis oib⁹ cõfert in ꝯtumace capitis raso multũ valet. Cũ subleuaɫ bmõi digit⁹ inuoluaɫ in aliquo pul. desiccatiuo vt cinamomo. antera. vel silib⁹. vel cũ puluere se. nastur. vel cum puluere myrrbe vel tburꝭ. ⁊ bͦ dico i relaxatione: qꝛ in apostemate subleuare paꝝ ꝓdesset nisi ad casum. Si autẽ nõ ꝯferũt: oꝫ inspicere vuulam si sit ru. liuida. vel al. vel tumida supius vel inferius. Cuiuscũq₃ em̃ coloris sit et inferius nõ tumescat. sꝫ supi⁹ valde tangenda nõ est cũ incisione. vel incensione. Si aũt inferi⁹ tumida sit: et al. vel liuida: incidenda ẽ. rubea aũt nõ. qm̃ signũ digõnis nõ ꝓtẽdit. sed fluxũ ⁊ acutã materiã. vñ si talis incidereɫ: foꝛsitan deuiaret materia ad ysmon vel gulam: et squinantiã induceret vel emoꝛosogiam. boc dico nisi coꝛpus optime purgareɫ. vñ Ipo. vuula ad incidẽdũ si sit rubea: magna est molestia: qꝛ sequunɫ apostema ⁊ fluxus sanguis. ¶ Expectanduꝫ est igiɫ quo ad supioꝛ ꝑs subtilieɫ. inferioꝛ ingrosseɫ. tunc em̃ incidaɫ: vtilius est aũt non incidi ante purgationẽ vẽtris. si tp̃s expetit et suffocationem expectando nõ timeas. precedente ergo purgatione ⁊ opiatis ⁊ gargarismatib⁹ desiccatiuis foꝛtib⁹. si nõ desicceɫ: incidaɫ foꝛcipib⁹ ad boc factis i subtilioꝛi loco cauẽdo ne vue radices tangas. ⁊ post succedat gargarismus. vt de pusca. vel aq̃ decoctionis lenticule. balau. sal' multi. tburis. acaristo. ⁊ silib⁹ ꝯstringentibus reuma cũ aq̃ plu. tepida et sale multo vel vino tepido ⁊ sale. vl' gargarizet aquã vbi cocta est gallina pinguissima sepe. nõ multũ aũt doꝛmiat ꝑ tres noctes ⁊ nõ iaceat supinus. Melioꝛ est aũt incensio ꝙ̃ incisio. ⁊ fiat boc mõ in extremitate calami aro. vel canne. vel arũdinis. ẽt ꝯfert ei virga aurea vel ferrea bñs auꝝ in fine candens. ⁊ ꝑ calamũ in oꝛe mittaɫ. ⁊ vuam tangat. ⁊ bͦ pluribus vicibus. Uel etiã post incisionem incendaɫ eodẽ mõ. aliȷ̄ combuꝛunt nũmo aureo. sed non tm̃ valet. post incensionẽ succedãt gargarismata vt ꝑdiximus. Brãci vͦ ⁊ folles sũt silr ad modũ mamillarũ vel

amigdalarũ in fine dẽtiũ. Unde dif ficilis ẽ excreatio ⁊ anxia spũs attractio ⁊ grauis masticatio, oris: igitur apto ⁊ cuneo inter dentes posito: vnco ferreo apphendant vel forcipibus, id est tenaculis ⁊ radicitus abscidantur: pelliculas q̃ iuxta sũt illesas dimittẽdo. ¶ Post fiant gargarismata cũ aqua ro. ⁊ aceto. vel cum succo plantag. ⁊ aceto. Et si sanguis multũ fluxerit mellicratum adde vl' alia sanguinẽ sistẽtia ⁊ potes vrere vt pri⁹ vel incidere ⁊ post vrere ⁊ queadmodũ ibi melior est incensio. sil'r hic ppollet incisio. ¶ Interdũ aũt brãci putredinẽ faciunt ⁊ tunc cutis in longũ incidat ⁊ circũcirca a radice fundit⁹ euellat ⁊ tunc locus auro coquat vel ferro. ¶ Quidã aũt eccl'iastici ꝑpter impedimẽtũ vocis ad ipsius meliorationẽ vuulã sanã icidũt vnde in raucedinẽ incidunt ꝑpetuã intelligentes eã aerez cordi ꝑparare ⁊ depurare ⁊ in ꝓportionem trahere ministrare. ⁊ eaz humectare. cerebrũ purgare. ⁊ fl'a ab eo transmissuz diriuare. ¶ Eius igit incisio sit ad horũ oĩm periculũ ⁊ horis ⁊ pectorz detrimentũ. ¶ Et no. ꝙ ex relaratione ossiũ: nausea ⁊ vomitus ⁊ fastidiũ. ⁊ alia sint homata. queadmodũ ex casu vel relaxatione vuule generantur. ¶ Opz igit eam non negligere vel ꝑtermittere.

¶ De squinantia ⁊ speciebus eius.



Quinantia est apostema gutturz acutũ cito suffocatiõez ⁊ sepissime iducẽs. vnde ⁊ acuta prefocatio gutturis iterpretat ⁊ denoiat. Interdũ eñi subito. interdũ cadẽ die. scd'a vel tertia die: suffocatiõez iducit. fit eñi ex hu. acutis a capite descẽdentib⁹ ad guttur. s. ad ysmon. i. ad illũ folliculum q̃ diuidit trachẽã arteriam ⁊ ysophagũ. ⁊ de illo nemo ꝯualescit: nisi materia refluat ab interiorib⁹ ad exteriora. vel nisi artificiose rumpatur. ¶ Qñq3 materia tota cõtinet extra ⁊ de illo nemo morit nisi materia refluat ecõuerso. Qñq3 materia ꝯtinetur ꝑtim intra ⁊ ꝑtim extra ⁊ de hac moriunt q̃dã ⁊ q̃dã euadũt. Uñ scd'z periculositatẽ variant appellatões vt ṩm ꝙ ꝑiculosior est egritudo: nomine pluriũ litteraz noĩet q̃ nimis ẽ periculosa: noĩe paucaz l'raz noĩet q̃ media medio mõ. Quidam autem econtrario imponũt noĩa sinãtia. q̃nantia. sq̃nantia: sed de hoc parum vel nihil curet. qz nullũ ꝑiculũ vl' ꝓficuũ ex noĩe gñat. ¶ Humores descẽdẽtes sanguinolẽti sunt vel colericivel fl'ici vel viscosi. vel salsi. ⁊ ṩm constan. nõ fit hic morbus ex mel'ia qz hic morbus cito ꝑualet cũ sit acutissimus. mel'ia nõ nisi post longum tp̃s opat. ¶ Uñ ĩpossibile ẽ de col'. ni. eẽ hoc igit ꝓbauit constan. ꝑ esse ctũ. sed alex. ꝓbat hoc ex mel'ia esse ꝑ signum hoc dicens. Si nigrũ spumãt ex mel'ia est. ¶ General'r anhelitus eoz angustus est. vt neq3 cibũ neq3 potũ recipiant nisi minimum. ¶ Itẽ anhelitus est longus ꝑpter stricturã eñi pectoris. aerẽ cum impetu trahẽ nequit quãtũ sufficit. Unde longũ tp̃s in attrahendo requiritur. vt ad orthomiã infirmũ ducat. ¶ Pessimuz ergo genus squinãtie accidentia hec sequuntur orthomia cũ dolore nimio ⁊ angustia. cũ neq3 tumor neq3 rubor extra apparet nimiã eñi significat materiã intra residere ⁊ introi[illegible] aeris possidere. Unde expectat suffocatio ⁊ mors. In media aũt qz materia est partim intus. ꝑtim extra in lacertis gule seu

tit dol'nimiū non cū tanta angustia ꝛ cū puo tumore ꝛ rubore extra. In tertia qꝛ materia extra declinat totaliter vel fere. qm̄ fit dolor magn⁹: non hꝫ angustū hanclitū: sed tumorem magnū ꝛ rub orē extra tā in collo ꝙ in gula. ¶ Si hic morbus fit ex sanguie ē cū plenitudine venarꝫ rubore in facie. tumore ꝛ calore pulsu magno forti ꝛ veloci. dieta multi sanguis generativa p̄cessit. si est ex co. dolor nimius ꝛ etiā frōtis angustia nimia. calor magnus sitis amaritudo oris fumositas in gula pulsus vacuus ꝛ velox ꝛ fortis. Ex fl'ate viscoso dolor non est nimius vt predictorꝫ cū tumore ꝛ mollitie ꝛ oris isipiditate. ¶ Ex fl'e salso sapor est salsus ꝛ amarus cū calore aliquanto ꝛ rubore ꝛ voce quasi puorꝫ catulorum. Urina autem horū coloratior est ſm ꝙ egritudo est acutior.

¶ Quandoqꝫ aūt excrescit hec passio inter gulā ꝛ dentes ꝛ spasmat̄ lingua qua compressa sepe tumor videtur circa epiglotū. qn̄qꝫ magis circa ysophagū. qn̄qꝫ magis circa tracheam. ꝛ tunc peius. qn̄qꝫ aūt est vitiū vue p̄longare ꝛ credit̄ squinantꝫ sed hi nauseant nec glutiūt. ¶ Itē qn̄qꝫ scrophule ex perithimia fiūt i collo cū difficultate glutiendi. sꝫ hi sunt sine fe. Itē si squinanticus patiatur oregmon. ꝛ facies liueat vox subtilietur quod bibit non trahijcit. si sine pulsu inueniat̄ ꝛ extrema frigeant ꝛ saliuas agit ad mortem vergit. ¶ Itē si vltra modū in principio fl'a ꝛ saliuā agat: malū est. In fine vero bonum est. Sepe vero post hunc morbū fauces [illegible]terantur, ꝛ vua cadit. ¶ Quō a[illegible]em curari debeat ista egritudo: in particula q̄rta regimenti acutarꝫ habemus ab ypocrate. dicit sic. acutas autēꝫ egritudines flebotomabis si fortis appareat egritudo ꝛ qui habēt: iuuenescunt etate ꝛ rubor aderit eis. ¶ Docet igitur tria esse consideranda fortitudīs validitatē ꝛ statū virtutis. ꝛ q̄ tpe docet antē post dare ad facilē attractum aeris. el'ria plericorum ꝛ si non appareat imbecilior: iubet auferre plus sanguinis ꝛ clisterizari donec cessent sint hōata ꝛ saniescat.

¶ Quantitatem vero sanguis auferendi docet. cum dicit. ꝛ aufert sanguinē ſm habitum ꝛ etatem excogitās ꝙ plus ꝛ ꝙ minus. duo ergo cōsiderant̄ habitus ꝛ etas habit⁹ vtrū pinguis vel macer plenus vel vacu⁹ cuius cōplexionis. ¶ Quo autem tempore debeat fieri docet. Sꝫ hos tales prefocantes oportet flebotomare in principio ꝯfestim facile eni auxiliabiliora erūt ꝛ resumētēꝫ ꝛ crises super considerantēꝫ farmare. sꝫ non alleuiatur sursum inferiorem ventrem si non subegerit clistere. lac afine coctum da. ¶ Ex qua autem causa fiat. dicit Sinanticus autem fit cum ex capite reuma multūꝫ ꝛ conglutinosūꝫ hora hyemali vl' vernali ad miringas superinfluat.

¶ Unde sputum et sanguinem glutinat ꝛ oppilat. Unde fit lingua liuida. ꝛ rotunda ꝛ recuruatur propter plenitudinem. ¶ Quia igitur lingua cum suis radicibus. ꝛ rara et spongiosa est: cum bibit humiditatem influentem. ita vt fiat dura ꝛ rotunda ꝛ incurabilis ꝛ fiat suffocatio nisi flebotomia succurrat̄. ¶ Dicit sic. nisi quis cito auxiliabitur flebotomiam faciens de brachijs ꝛ venis que sub lingua subsident et farinacijs attractiuis ꝛ gargarismis ca[illegible] caput radere ꝛ cotum colloct capi-

ti circũapponere. lana circumuol- uere.et spõgijs mollibus aqua ca. exprimente fomẽtare bibere aquã mellicratuz nõ frigida immo tep̃. ¶ Ex his verbis ypocrat patet cu- ra totius egritudinis. quoniam in principio vtendum est flẽomia extra emplastris fomentatiõibus attra- ctiuis dyaphoreticis intra garga- rismis et ꝙ debent dietari aqua et mellicrato. ¶ In squinãtia igitur ex co. sanguine flegmate salso.p̃ cedat flẽomia.deinde si tempus pati poterit:occurratur cum farmacia. ¶ In flẽ p̃cedat farmacia si egritu do tolerat. ¶ Si non ad minus:fiat flẽomia vt attrahatur materia a loco ad diuersuz. vt diximus magnitu do morbi virtutis quantitas con- siderãda sunt. ¶ Si eñ fortis sit: vsq; ad lippotomiã oportet ducere. Melius est tñ parũ extrahere.qꝛ in primis debet fieri d̃ cephalica.post ea devenis sub ligua. post de sophe nis quas salernitani incidũt ƺm la tũ.sed securius est incidere ƺm lon- gum ne ineptior fiat lingua ad vo- cũ formationem. ¶ Tertio fiat mi- nutio cũ ventosis in collo. Quidam faciunt flebotomiam de vtroq; bra chio vsq; ad lippothomiã: sed meli⁹ est predicto modo. ¶ Nam Alexã. dicit.non subito vel semel: sed plu- ries euacuandi sunt. magis ex ip- sis patientibus locis. ideo tertio quarto cum retentis menstruis vl' emoroidib⁹ ex talo dic̃ sic se sanas se plures. ¶ Et not. ꝙ tria sunt per que cognoscit quãdo debet sisti mi nutio sc; variatio coloris san. minu tio pulsus.debilitatio pa. ¶ Si ve ro sang.cum col' mixtus sit:oportet elargare ventrem cum cassia fist.ta- marindis iuiub.viol'. similibus. Et not.ꝙ in hoc morbo nulla expe- ctatur digestio. ¶ Similiter molli ficetur cũ clisteri de viol'. se.malue. prunis iuiub. similibus mitigato acrumine egrediente egestione:de cephalica minuat post purgatiões minutiones in principio doloris medicabimur cũ his qui repugnãt humoribus ad guttur descendenti- bus ip̃m confortantibus. sicut est sapa de moris.tam celsi ꝙ rubi. in de fit dyamoron.

¶ Dyamoron.

¶ Dyamoron valẽs ad omnes pas. palati gutturis maxime squinã- tie. vuam cadentem subleuat hu- mores desiccat. ℞.mori celsi rubi. añ.lib.j. mell'.lb.ß.sape.ʒ.iij.omnia coque in stagnato ad prunas lento igne ad perfectionem. ¶ Signum coctionis est ꝙ gutta adheret catie De hoc igitur fiat gargarismus vel cum succo arnoglosse fiant garga- rismata repercussiua ex frigidis et siccis. Et no. ꝙ in principio debent apponi appocrusticanit⁹:postea di minuẽda sꝰ apocrustica augmen- tanda dyaforetica. id est ꝙ ad vlti- mum sola dyaforetica exhibeãtur. ¶ In hac egritudine locum habet exceptio que solet fieri in principio cuiuslibet apostematis.apponenda sunt apocrustica nisi materia sit fu- riosa vel venenosa. vl' nisi apostema sit vuulatum vel nisi sit creticum vel nisi timeatur de impedimento nobi lis opationis vt in squinantia. ¶ Nunꝙ ergo in ha c egritudine apponenda sunt repercussiua extra ne materia repcussa impediat actio nem inspirandi et transglutiendi. fiat inde g[illegible]garismus ex aceto.in- fusionis ordei aqua vbi balanstia sumac. ro. siue galla: sint cocta siue lẽtes siue succus solat. vl' psillij oĩa

em̄ stiptica sunt ⁊ repugnantia. Un-gat collū ex ex dyaltea ⁊ supponat lana succida vl' stupa. ¶ Et nota ꝙ isti pleuretici ⁊ piplici ⁊ laborantes vitio spiritualium debent esse iuxta ignē carbonū a lōge vt aer tepefiat ī spiratus. ¶ Oīa em̄ actu frida apo stematibus sunt inimica. fiat autem ēplastrū maturatiuū sup collū ex ra dicibus malue. bismalue. lilij aqua coctis ⁊ pistatꝭ. post cū axūgia ⁊ bu-tiro addita farina se. lini ⁊ fenug. ⁊ limacibus. hoc emplastrū valet cuili bet apostemati īteriori ⁊ exteriori. Det elcꝫ dyadragagātū. f. ⁊ penid. Cū igit humores dissoluēdo extin-xerimus augmētanda sunt dissoluti ua vt hūores interi⁹ ī mēbris clausi dissoluāt fiat igit gargarism⁹ ex mo ris. sapis ⁊ sapa vini ꝯmixtis ⁊ pau-ca mirra vel ptisana ⁊ zucc. ⁊ pauco croco. vel cū cassiaf. ⁊ sapa in aq̄ cal. vel succo portul. ¶ Cibus det puis simus vt succus vel lac se. mūdatoꝝ. melonum atꝙ cucurbite. vel amidi. dragagāti cū lacte amigd. d herbis portul. ⁊ filia. Syru. fiat de dyadra gagā. ¶ Ex oī em̄ ell'rio pōt fieri sy rup⁹. Det ptisana ī potu cū aq̄ ablu tionis quattuor se. frōꝝ vel cū aqua herbaꝝ frāꝝ diur. ¶ In apostema te frīco post purgationē cum catarti co ⁊ clisteri: fiat gargarismus cū sa-pa nucis cū aneto. vel memithe. vel vbi cortices nucis sint cocti vel vbi mora ⁊ succus solatri sint cocti. licio vel aloe. sed istud nō dꝫ fieri nisi in declinatiōe morbi. ¶ Itē si pa. ha-beat palatū aspeꝝ ⁊ hmōi aut calidi tas accidat: fiat gargarism⁹ de lacte recēt' mulso cū ē ca. ⁊ re- [illegible] h ē t valēt ī pfocatōe mr̄ic post [illegible] ant' ē dissolu tiōeꝫ ad fortiora r̄deam⁹ fiat igr̄ gar garism⁹ ex sapa nucꝭ cū piret. vl' oxi-melle vel sapa mirtina cū aqua vbi

ficus sint cocte. vel cū capno lacte ⁊ stercore canis. albi subtilr̄ pistato vel cū melle. oris interiora bis cum pēna vngāt. ¶ Itē stercus caninuꝫ ⁊ stercus humanū ca. ⁊ succus cucu. asinini insil' mixta ad gargarizāduꝫ valēt. ¶ Si aūt abhorreat stercus hoīs: succ⁹ cucu. asinini sufficit. Itē gal. caninum stercus puluerizatum cum felle taurino in os supra mor-bum inijciat ⁊ buccam cū melle iun gamus. fel em̄ taurinum vel ouinuꝫ hmōi morbi ē adiuuatiuū. Simili-ter fiat de cinere caulium cū melle. Succus radicis: iuuat cū oximelle Egestio anserina vꝫ ⁊ spinam ⁊ fer-rum a vulnere exhit. extra poni dꝫ. ⁊ hoc dicit Alex. mollibus ⁊ candidis leuiora adiutoria. nigris et fortib⁹ fortiora sunt adhibenda. Rasis di-cit pix ⁊ galbanū liquefactū misceā tur ⁊ inducant cum supponunt opti me maturant ⁊ rumpūt. Galbanum etiā solum calefactū suppositū rum pit. sil'r fermentum cum succo cepe. Itē vngat extra cū martiaton oleo laur. aro gō. dyaltea. fiat empl'm ex frumento ⁊ lumbricis. ¶ Gargaris ma valēs squinātie ex sic. ℞. liquir. ℥. iij. piret. cassie. sq̄nanti. cicute. se. an̄. ℥. ij. fenug. mirre. an̄. exag. j. cro-ci piperis spice sansuci. an̄. ℥. j. fac pul. distempa cuꝫ melle ⁊ accipiat in modum auell'. cū aqua vbi psidia sit cocta. tēpa cū vino forti vl' oximelle. ¶ Al'. valens sil'r. ℞. ro. ℥. ij. stercorꝭ canini croci ana. exag. j. tempa cum melle ⁊ fiat gargarismus. ¶ Dige-stio materie apostematis ppendat per molliciem loci ⁊ diminutionem feruoris ⁊ remissionem doloris. vn-de si vocat sanies optꝫ molliri circa eius apertionem quod faciunt que dam pdicta: scꝫ cuꝫ lacte caprino vel asinino cū psillio vl' cū fructu yreos.

vel cuz fermento ꝛ oleo viol. vel butiro cũ farina. ¶ Confectio valẽs ad apostema facile aperiẽdum in gula ℞. dragagan. ʒ. v. amigdaleon olei viol. q. s. aqua ordei. liquir. malua: succi cucur. arnoglosse. añ. aqua/vbi cassiaf. sit cocta. oĩa ista commixta ꝛ cõfecta: dent infirmo gargarizãda. ¶ Q3 si citius velis apire: fiat gargarisma cũ aqua vbi ficus sint cocte ꝛ addat stercus caninũ vel lac asininũ apostemate rupto: dent vitella cocta cũ amido ꝛ dragaganto ꝛ oleo viol. vel cũ visco se. citonioꝝ ꝛ arnoglose vel cũ aqua vbi ordeũ. liquir. ficus cassiaf. oleũ viol. sint posita.

¶ His aũt nõ cõferẽtibus ꝛ iminente suffocatõe. rũpat ligno vel etiam cũ digito cõprimat ꝛ rũpat. Hoc dico/apostẽate maturato. ¶ Unguẽtũ valens ad aperiẽdũ gule apostema. ℞. cere al. olei viol. añ. ʒ. xij. butiri. ʒ. viij. dragaganti. ʒ. iiij. se. lini. ʒ. viij. oĩa pistent. pistando cõmisceant et fiat vnguẽtuz. ¶ Nutriant hoc tpe iure furfureo ꝛ amigdaleõ. oleo viol. peniõ. malua. crisolocanna bliti. cucur/. et vngatur gula exterius cum cera oleo viol. dragaganto ꝛ oui vitello.

¶ De vulneribus colli.



Si vulnera fiant in collo ense vel alio simili: diligẽter attendat si os ẽ exbẽdum. ꝛ si est: digito extrahat vl aliquo simili. postea vulnus suat ꝛ puluere ru. vt supra dictũ est aspergat. ꝛ inde vt in alijs curis diximus: curamus. ¶ Quod si emorosagia vl aliõ impedierit qd impediat: extrahẽdũ extrahi dz. ꝛ vulnus in pte/suat. ꝛ in pte aptum relinquat. ꝛ cum tps ꝛ locus ministrauerit. remouebit quo extracto: vulnus suimus: ꝛ inferius apertum relinquimus ꝛ que supius in sutura diximus: ꝓsequamur.

¶ De pforatiõe colli ex vtraqꝫ pte.



Quod si collum ex vtraqꝫ pte sagitta vel telo sit pforatum: lardonem vnũ ex vna parte ꝛ aliũ ex altera imittere curemus pos vulneris vsqꝫ ad tertium diem quousqꝫ saniẽ emittat. deinde pultem ad saniẽ ꝓ tpis varietate ponere consueuimus: ꝛ cum saniẽ fecerit: stuellus de pãno imittatur ꝛ vt alia vulnera curet ꝛ. ẽt in oĩb9 vulnerib9 diligẽs cura adhibeat. vt pos vulneris q̃ mag3 pẽdet: curet vltimo ꝛ ad consolidãdum tardius relinquat. Que vero superius est: stuellũ quotidie immittẽdo sanare festinemus

¶ De vena organica incisa.



Si vena organica i ceruice incidat: tota vena suat cũ acu ita ꝙ vena non perforet et ex alia pte acus cum filo ei adherente ita nectatur atqꝫ stringat ꝙ emittat sanguinẽ. ꝛ ita fiat ex supiori pte ꝛ iferiore vene. In vulnere autem pãnus infusus in albu. oui mittat nec:ñ de ipo panno vulnus multuz ipleatur. ¶ Embroca vero superi9 dicta si in hyeme fuerit supponatur donec vulnus saniem emittat.

¶ Si vero in estate vitellum oui tm̃ supponat [illegible] ñ saniẽ fecerit: panno sicco ꝛ vn[illegible]o fusco ꝛ ceteris regenerantibus carnẽ curet. Cum vo extremitatẽ vene supioris ꝛ inferioris ꝓtruisse cognouer3 fila dissoluant

τ a loco remoueantur τ deinde vt dictum est pcedatur. ¶ De incisione nerui fm lōgum aut fm obliquum.

S I vero fm lōgū aut obliquū neruꝰ icidātur τ non ex toto: ita cōsolidamꝰ. Terrestres vermes q̄ sub tra nascunt sikes i lōgitudine τ rotūditate lūbricis q̄ et lūbrici terre appellant. bi aliquantulū cōterant τ in oleo ifusi ad ignē calefiāt τ nullo alio mediāte ter vel quater vl' pluries si oportunū fuerit plagelle ipone. Si vo ex obliq̄ neruus incidat eodē remedio curat et natura coopante sp ꝯglutināt. pōtq̄ cuticula q̄ supra neruū ē sui. τ puluis ru. supaspgat. Neruos ei ꝯglutinari τ consolidari. boc mō sepiꝰ vidēmus. Si vero locꝰ tumeat: embroca pdicta in vulnere capitis q̄ pma est ad tumorē remouēdū supponat quousq; tumor recesserit. Si vena organica nō incidit pānus alb. oui infusus in vulnere ponat. Embroca vero post desuperponatur.

¶ De fluxu sanguis a vena cervic propter telum infixum.

Q Uod si telū i ceruice infixū venā pforauerit vel arteriā. ita q̄ sanguinē nimium vulnus effuderit statī abstracto ferro vena suat vt alibi satis diximꝰ, aut vulneri puluerē ru. supaspgimꝰ aut puluerē stercoris asini sicci superponimꝰ. ¶ Quo si careas viride er supe pānū vel infra ponimꝰ τ fortiter exprimimus τ supponimus. Ad idē ℞. tburis. ℥. ij. aloe. ℥. j. piloꝝ lepo minuti icisoꝝ. ℥. j. alb. oui. q. s. confice sic terēda tere. τ cū albu. oui distēpera τ pilos lepor ꝯficiēdo ꝯmisce τ incisis arterijs abund pone τ tādiu dimitte donec per se cadat a vulnere idē facit filtrū vstū vel gipsum cū granis vue tri is. Si vnguētū ruptoriū. q̄ vrit vt ignis ad idē val granum frumenti masticatū, ad idē calx cū capitello mixta valet.

¶ De vulnerib' guttur τ ysophagi.

S I fiat vulnꝰ i gutture ita q̄ ysophagꝰ vl' trachea arteria pforet τ incidat cuiusmodi vulnꝰ sit mortale ē: idē erit ex q̄cū q̄ pte vulnꝰ icipiat. Si aūt cuticula vulneret curet vt cetā vulnera. No. q̄ i q̄cūq; pte corpis aliq̄ vena incidat τ suppōat medicīa ꝯstrigēs nō dz auferri p. iij. dies. Incisioni vene vel arterie iponēdꝰ ē digitꝰ τ paulatim τ suauiter pmimꝰ. Et si sic nō cōsolidat ligent ptes supiores τ medicina ꝯfecta de farina sarcocolle. τ sanguie dra. cu albu. oui ꝯfecta ad spissitudinem appouat pili lepor is vsti. filtr. vstū tela aranea. bōbicinū simpbitū gipsu pix. plurimū valēt. Sz si medicamē appositum vulneri nō pōt auferri: nō auferat violēter. Sz si medicamē būidū ē supponendū vt būectet. puluis strīgēs τ desiccās sāguinē vulner. ℞. aloe. ʒ. j. tburis. ʒ. ij. sanguis dra. sarcocolle. an̄. ʒ. xij. sanguiarie. ʒ. viij. tēpa cū alb. oui τ pone pilos leporis.

¶ De pūctura nerui.



¶ Musa enea faciens ad omnes accessiones peryodicarum fe. vt quotidiane.tertiane. quartane.acutarū fe.angustias tollit. tamen cum desideris:considera virtutes eoꝝ q̄ patiunt.q2 stati medelā sentiūt ĩstouest stomachi emēdat.Suspiriosis ptisicis ꝛ bis q̄ pus excreāt subuēit ydropicis.spleneticis.ꝛ colicis:ꝓficit lapides in vesica frāgit.ꝛ vrinā valde ꝓuocat.accipe leucop̄.grana.l. thuris masculi.mirre.genci.iusquiami omniū. quattuor.ʒ.xviij. opij.ʒ. xij. croci.ʒ.viij.ꝛ.ß.eufor. aristol.lō.amborum.ʒ.iiij.ꝛ.ß.M.q.s. alij addūt cortic̄ mandrag.ʒ.iiij.det in moduȝ fabe egypt̄.nō febricitātibus cuȝ vino.

¶ Unguentum aureuȝ.

¶ Unguentum aureum valet ꝯ omnes guttas frigidas. maxime cōtra lapideȝ in renibus. ꝛ ydropicis. ℞. radicis euisci.fu.meu.añ.li.ij.arist. lon.ꝛ ro.ysopi.enule.pulegij. artbemesie. pentaf. rute. foliorum lauri. acori.berbeventi.roris marini.matris silue.saxifrage.camedrei.cypi. sparagi.brusci. fenic. añ.lib.j.apij. yrei.leuistici.grana solis. silerꝭ mō. cardamomi.aneti. baccarum lauri. iuniperi lapidis lincis.añ.lib.ß. basiliconis.apij.se. vrtice.citri:se. finapis.eufor.añ.℥.iiij.adipis vrsini. vulpini.olei laurini. petrolei. añ.℥.iiij. sq̄nanti.costi.piret.tburis.masticis mirre.añ.℥.ij.muscelei.℥.j.olei. ꝛ cere.q.s.berbe colligant in maio.ꝛ cōtrite mittātur in diebus. xx. postea addas iterum olei.q.s.ꝛ bulliāt berbe donec funduȝ petant ꝛ incipiant diminui.tunc colent ꝛ colature adๆdantur.xij.li.cere ꝛ bulliāt donec cera fit vnum cū oleo effecta.deinde superponant pinguedines resolute.ꝛ colate.ꝛ parum dimittant bullire ꝛ supfundatur oleum laur. ꝛ ab igne ablato:supinducatur alia.s.musce leon.petroleon.valet vt superius diximus contra omnem frigiditatem stomachi. podagricis.ꝛ paraliticis subuenit.

¶ Unguētū martiaton.

¶ Unguentum martiaton facit ad frigiditateȝ ꝛ dol.capitis ꝛ pectoris ꝛ stomachi. ꝛ ad sclirosim epatis.et splenis.ꝛ ad ylij dol.ad igneȝ vel ad solem inunctum statim subuenit paraliticis:artbeticis:sciaticis: nefreticis: ꝛ podagricis prodest: tumores reprimit. ꝛ contra omnes dol. potēter medetur. ℞.cere.lib.ij.olei lib.viij.roris marini.foliorum lauri.añ.℥.viij.rute.℥.vij.amoniaci. li. ß.esbrij.sauine.balsamite.ozimi.lili fagi.polij calamenti. artbie. enule. betonice.brance vr.spergule berbe venti medie.pinpinelle. agrimo.absin.berbe paralisis.berbe sancte marie.cimarum sambuci.berbe crassule mille folij.semperuiue. camedrei. cētineruie.fragule.quinqȝ folij berbe tetrabit.añ.℥.iiij.ꝛ.ß.euisci.radicis cimini.mirre.añ.℥.iij.fenug.℥.i. ꝛ.ß.butiri.℥.j.ꝛ.ʒ.ij.vrtice. viol. papaueris ru.mente sarracenice ꝛ alterius mente. vel lapacioli.politrici. cardūcelli.matris silue mature berbe muscate.alka.lingue ceruine.crispule campborate.storacis. medulle ceruine.añ.℥.ß.adipis vrsini ꝛ gallinacei.mastic̄.añ.℥.ʒ.tburꝭ.℥.ß.olei nardini.℥.ij.berbe omnes colligantur vno die in medio mensis madij. vel duobus.berbe trite.vij. diebus infundantur cum optimo vino octauo die igni apponant ꝛ cum vinum incepit consumi: oleum predictū apponatur et coquantur ad diminu-

tionem radicibus et herbis piectis colature pone butyrū et axungias et ol'm nardinū.masticē.olib.p⁹cerā et cera liqfacta:īfrigida.et vsui reserua.
¶ Oppopira. ¶ Oppopira.i.ignitus succ⁹ quē sancti cosma et damianus dictauerunt. Guttā distorquētem collū labia et linguā curat paralisi gutturis.brachij.manuū.cruriū et pedū et totius corporis optime medet cū apozimate saluie.costi.atq castorei: ɔtractiōi neruoꝝ subuenit Melencolicis.epilenticis.maniacꝭ cū decoctiōe thuris auxiliant tussientibus et dolori pectoris et stōi cū decoctiōe calamēti et cimini epaticꝭ cū apozimate apij et eupatorij. Spleneticis cū decoctiōe capparis et absin.calculosis cū apozimate saxifrage.et ozimi.pleureticis cū apozimate ysopi et puleg.yliosis cū decoctōe yris.colicis cum decoctiōe polip.et parcenotidos.typice febricitantib⁹ cū apozimate pigami.strucij et piretri pdest ad multas alias pas.corporis fac. ℞.opij thebaici.ʒ.xxxvj. cinamomi.gariof.nardi. galan.croci.costi.zedoar.zinzib.xilob.reupōtici.piretri. coralli. myrrhe trocleten.castorei.oppop.pipis al. et ni.et lon.añ.ʒ.xxxj.et.ß.rasure eboris. lilifagi. herbe paralisis.ana.ʒ.xviij. musci. balsami.xiloal.squinăti.cassief. storacis cal'. masticis. confice ru.galbani.serap.lasari.mel lil.aristol.rotū.dragaganti.asari. elli ni. meu.pionie.raphani.corticis. peucedani.acori. mandrago. betonice. genci.camedrei. pulegij. centauree ma.et mi.celtice.pserpinate.bractei capil ve.sponse solis ypericon.vicetoxici.prassij.pigami.millefol. calamenti.cardamo. carpob.anisi. leuisti. iusquiami,radicis fe, lupini, pollinis.orobi alexandri. baccarū lauri.maratri.sileris.ana.ʒ.ix.mellis quantum sufficit.

¶ Puluis petrocelli.

¶ Puluis aūt petrocelli factus ex ʒ.iiij.esule et modico cimino.se.feni. et masticis datus cū vino prodest. Succus etiam summitatū elli prodest in quātitate.ʒ.j.cum.ʒ.ß.succi mediani corticis sambuci bulliant in pomo colloquint.cum.ʒ.ij. hermodactil.et puluere masticis.et se. fe.et addita aqua calida zuccaro vel oximelle:in sero detur colatura ipsius. Tertia die post purgationem corpore nō existente plect.sed bene purgato.nec multum reumatico.qr non fit fortis stupha. vel si fiat:fit debilis.et cum herbis debiliter calidis:si non erit reumatica causa fiat fortis stupha de marrubio. ruta. yua. paritaria. piretro. arthetica. centaurea. vel alia stupha ex genciana.affrodil.esula. et titimallo: arena.sale.yua. arthetica. vel bal[illegible]tur in decoctione carūdem. Exeunti a stupha:offeratur rubea tro. cum vino decoctionis thuris. et hō si causa est reumatica.si nō:cum vino decoctionis yue vel rute et arthetice.vicetoxicum etiam multum valet in balneo et herba paralisis. vel melius sic stuphetur: sicut quidam sacerdos multos ī ɔspectu nr̄o liberauit. ¶ Ossa cadauerina brutorum cuiuslibet generis.et maxime medullosa collecta in horto vel loco secreto:ex villam accende.et inde pa.diu stuphetur fere vsq ad finco pim:quia odor est difficilis.tibi offeratur opiata calidissima cum vino optimo.s.oppopira vel tyriaca.
Post hec calidioribus electuarijs vtatur: et vnguentis calidioribus

vngatur. super oĩa vnguento mixto similiter dieta ca. acrumina deuitẽt propter reuma. Si vero dolor est intolerabilis in arthetica frigida: epithimet radice cucu. agrestis cocta in vino vel lexiuio quanto calidius pati põt: vel brionia eodẽ modo. vel panni in calido succo rute. intincti. epithimetur. & tunc cum argilla calida mollis superponatur et mire anodinũ est: vel cerotũ ca. vel ceroneũ: vel oxirocroceũ. ¶ Nota q sciaticis plus ꝓsunt clisteria. Sequẽti aũt die post stupham corpore exñte plectorico fiat flẽbomia de epatica vel sophena modo quo dictũ est. si non est plectoricũ. ponat ventosa in fonte ꝓximo iuxta locũ passiõis. Et singulis. xv. diebus põt iterari stupha & dari opiata. Et si gutta est ĩ superioribꝰ: det yua trita cũ aliquo electuario cũ vino omni mane. Si in inferioribus: centaurea. Et ex yua sola. fiat stupha. Et si ponatur puluis ciꝰ in cibis: optima est. post primam stupham statim veniendũ est ad localia. Et est regula gñalis q primo debet medicari membrũ mãdans. postea membrũ cui mãdatur. ¶ Itẽ alio mõ euacuata materia ĩ frigida causa & paulatine & successiue. sicut paulatim influit & descẽdit ad podagrã siue arthreticam. & ablata materia: debet dari dieta que inspissat hu. sicut & mediciua. Dentur ergo pillule inspissantes hu. ĩ cã ca. que fiunt ex storace. macbi. la. oli. mas. oppoponacis. & localia magis in hac cã precedente euacuatiõe cõpetenti: summa remedia sunt vt accipiant. iiij. gũme ca. s. oppoþ. terebentina. amoniacũ. galbanum. & ponantur in modico vino & aceto. & ꝑ diem ĩmorentur. & postea dissoluantur ad ignem. & addatur cera ru. virginea. & puluis mastic. castor. bdellij & myrrhe. & roris marini & ĩteriorìs colloquin. & fructus iuniperi. et baccarum lauri incorporentur & bñ pulueres cum gummis malaxentur ad ignem cum dyaltea vel martiaton. vel oleo laur. fiat emplastrum & superponatur loco patientis.

¶ Unguentum de vulpe.

¶ Item probatissimũ in paralisi & in omni arthetica frigida. accipiat caro vulpina: & decoquatur in optimo vino donec caro ab ossibus separetur. postea caro teratur & extrabatur succus illius carnis et decoquatur in vino predicto ad spissitudinem vnguenti. postea addatur cera ru. & puluis masticis. castor. bdellij. myrrhe. baccarũ lauri. & aliquantulum eufor. & incorporentur pul. ĩ mortario cum priori vnguento. et in fine ponatur muscus si fuerit diues & nobilis & fiat inunctio ¶ Itẽ commisceantur martiaton. agrippa. dyaltea. oleum laur. arogon. et vnguentum aureum ana acuantur cum puluere castor. & eufor. & si fuerit diues: addatur muscus.

¶ Unguentum speciale in artheticα frigida.



Speciale in hoc casu est vt sumantur succi porrorum. yue. ab sin. arthetice. rute. saluie. ana. & adiungatur oleum nucum tñdem simul bulliant succi. & oleũ addita aliqua parte de petroleon. & addita cera & puluere predictorũ

fiat vnguentum. ¶ Item sumatur radix brionie cauetur et sigilletur argilla ꝛ cineribus calidis apponatur. et apponantur succi herbarum in concauo illius. addito succo ebuli ꝛ sambuci ꝛ quibusdã succis herbarum ca. ad idem probatarum. et addito etiam petroleo. cera ru. ꝛ p̄dictis pul. de myrrha. castoꝛ. bdellio. ꝛ non repleat tota sed due partes. quia quanto plus bulliet: plus admiscebitur humiditas cum predictis succis. Istud vnguentum in omni arthetica frigida est probatissimũ vł podagra. conuertuntur em̃ Nota ꝙ cauteria summa sunt remedia in hac causa sub genu. habẽt ergo fieri ad intercipiendam materiam influentez ad podagram. sub cauilla vo ꝛ planta pedis ad intercipiendum humorem influxũ. Nota ꝙ in omni passione reumatica diuturna ex diuturnitate cursus humorum per vasa humores inuiscantur ꝛ contrahitur viscositas quedã adherens. que viscositas addit in descensum humorum cum sit lubrica. ꝛ ꝓpter hoc opus est vti medicina abstersiua. ꝛ stiptica: vt per abstersiuum tollatur viscosum adherens per stipticum cõfortentur membra ꝛ pori membri: membrorum in retẽtione. ꝛ huiusmodi egritudinis est succus absin borragi. ro. et succus scarioł. syrupentur. ꝛ vtatur bis pa. ꝛ erit perfecta cura in frigida podagra. Si reumatizant humores a capite: fiant suffumigatiões ꝛ vnguẽta fluxum capitis intercipientia vt superius dictum est in corriza: ꝛ tũc fiat inunctio cum arogon vel agrippa vel oleo lauř. super locum patientis. ¶ Item non fiat inunctio cũ solo petroleon. quia cum sit nimis siccuz liquidiores partes consumẽdo: nodosam podagram petrificando induceret incurabilem. vnde cuz eo debet apponi aliquod humiduz sicut butyrum vel dyaltea. Item terantur yua ꝛ paritaria et arthetica extrahatur succus et admisceatur cum oleo nucum ꝛ decoquatur cum radice cucu. agresti vsq ad consumptionem succi. ꝛ tunc liquefiat cera ru. ꝛ d ponatur ab igne. ꝛ apponatur puluis euforbij. ꝛ gummi edere ꝛ fiat vnguentum. ¶ Item teratur yua paritaria. ruta. marrubium. arthetica. radix cucu. agrestis ꝛ gũmi edere ꝛ folia ꝛ fructus eius. ꝛ eufor. ꝛ castoꝛ. cum axungia vulturis. ardee auseris ꝛ vulpis ꝛ vrsi. ꝛ repleatur catus excoꝛticatus pinguis et euisceratus. suatur bene ꝛ suauiter assetur. ꝛ quod exit vnctuosum recipiatur in quo resoluatur cera. ꝛ fiat vnguentum. ¶ Caro autem vulpina comesta multum confert. ꝛ ciconie ꝛ taxonis ꝛ noctue. balneũ autẽ aut stupha fiat ex decoctione iuniperi. satureie. pimpinelle. hethonice calamenti. ebuli. filicis. de tribus puleg. olei mẽsura. j. saľ. ij. vini. iiij. aque quantum sufficit. hoc fiat precedentibus pillulis superioribus que sunt sine scamonea. His potes addere agrimoniam. germandreã. radicem brusci. sparagi. feniculi. vincetoxici. herbe paralisis. yringi. vrtice ma. saluie. genci. affrodillorum yreos. anabullam. ꝛ auenam. Exeũti detur aurea vel esdra vel metridatum. Melior omnibus est opopira. ¶ Unguentũ ad arthetică podagrã neruoꝝ ꝯtiões ab esculapio inuentum. ℞. squille. rute. agrimo-

nie. radicis viridis vrtice. sauine. absin. saluie. roris marini. ebuli. radic altee. rubee. fenugre. añ. ℥ j. olei veteris lb. j. aque marine librã vnã coque vt ipm redeat in oleũ et herbas torque. ⁊ pijce. et adde cere ℥. ij. et adde nitri. euforbij. piperis. baccaꝝ lauri. elki ni. castoꝛ. añ. ℥. ij. ⁊ agita bñ ⁊ cõmisce. post adde galbanũ. terebentinã. oppop. amoniacum. serap. terebentine. myrrhe. gũmi edere. añ. ℥. ij. ꝯfice ⁊ vnge. Et si ꝯfeceris cum axungia vulpis. lupi. cati. vrsi. ericij. anseris. anatis. ⁊ eq̃ melius erit. Itẽ malaxet sepũ cum succo yue ⁊ acuat cũ gũmi edere et eufor. ⁊ facta inunctõe supponatur ceroneũ. Itẽ dyaltea multum valet cũ gũmi edere in vtraq₃ cã. Item accipe formicas ⁊ oua formicaꝝ et de terra earũdẽ. terant cũ axungia por. veteri. ⁊ pannus cerat⁹ supponat inter mẽbrũ ⁊ emplm. ne nimio calore ledat membrũ. Itẽ terantur titimallus vel anabula cũ axũgia por. ⁊ cõputrescãt p. v. dies. post calefiat. ⁊ fiat emplm. Itẽ extrahat oleũ a veteri cucurbita olearia com burendo ad ignẽ. Oleũ qd̃ emanat inde: optimũ est. Nota q vomitus multũ cõpetit. q2 trahit a pfundo. Itẽ vrtica quassata cum sale ꝯfert supposita. S₃ si magnus fuerit dolor: nõ contrita supponat: fumiget locus ex vino decoctionis radicis bardane: aut tapsi barbati. ⁊ eo emplastret locus. Itẽ sterc⁹ bouinum caprinũ. colũbinũ cathaplatum confert bullitũ cũ vino forti ⁊ aceto. additis puluere cimini ⁊ cera. Itẽ fel vrsinũ: cũ cinere capitis vulpis adusti cõmixtũ illiniat. ℂ Olm puleg. laur. ⁊ anetinũ acuant cũ corimbro lapdano, storace cal. tereben. ⁊ cõficiant et cathaplent. vtant balneis salsis ⁊ sulphureis. vel balneo decoctionis tribuloꝝ marinoꝝ ⁊ ebuli. ⁊ sambuci. folioꝝ lauri. brance vr. sulphuris viui. aluminis scisci. addito sale. oleo laur. puleg. muscel. ⁊ ingrediatur ieiunus. faba lupina ꝯtrita cum sale ⁊ oleo emplet. Apposito parum vini vel aceti. Cetrũ coctũ in aceto ⁊ pistatum multum valet.

ℂ Remediũ optimũ fit ꝯ dolorem nimiũ vt catulus. xxx. dieꝝ occidat ⁊ sanguine ipsius calido: loc⁹ dolorosus pungat. Carnẽ excoꝛticataꝫ coque ⁊ ossa in vino. ⁊ ꝯtunde ⁊ distempera et exp̃me ⁊ ĩ ipso iure coq̃ rutam. feniculũ. saluiã. agrimoniã. betonicã. post exp̃me ⁊ impone medullam ceruinam et parum thuris. ⁊ coque in modũ vnguenti optimũ est. Itẽ ĩ summo dolore. catulus cafissus p mediũ dorsi supponat. aut spũalia mutonis calida multum valent. Quo si carueris pone coxam mutonis fissam per mediũ. caueas tamen a fetore: quia cito fetet. ⁊ tũc melius operatur. vel etiã pone pullum galline. dyaforesim enim faciendo: doloreꝫ euaporant et confortant. ⁊ precipue in ca. causa.

ℂ Oleum benedictum.

ℂ Oleum autem optimũ fit in frigida causa ex lateribus veteribus sarracenicis contritis optime ĩ puluerem. et madefiat puluis cum petroleon ⁊ extrahat per duas ollas. olla super ollam posita superiori sigillata ⁊ igni apposita ⁊ perforata in fundo inferiori in terra stante eo modo quo fit oleum iuniperi. quod optimum est leprosis ⁊ pustulis ipsoꝝ. postea sublimet. Melius fit ex laterib⁹ fornacis ꝯtusis ⁊ distẽpatꝫ cũ petroleon ⁊ fellibus in quib⁹ re

soluunt amoniacū. eufoꝛ. ꝛ puluis nitri ꝛ elli ꝛ salis alkali oib⁹ simul cōpositis.extrahat oleū per duas ollas mō ꝑoꝛi.post sublimet ꝑ alābicū.debēt aūt fella esse vulpium ꝛ vꝛsoꝝ ꝛ bois si esse pōt.istud oleum vocant bñdictū.℄ Itē oleū oliue ꝛ floꝛes geneste bulliāt ī multa quātitate ad ꝯsūptionē tertie ptis.post repone p.xxx.dies.post vtere cōtra nodosam podagrā in q̄ mollitiuis vtēdū est ꝛ infusiuis vt oleo boꝛraginis ꝛ floꝛib⁹malue.℄ Itē ī sciatica passione singulis.xv.dieb⁹fiat clistere ydrogogū.℄ Itē singulis septimanis semel cū ierit doꝛmitū in sero accipiat de equali mixtura dyantbos ꝛ bñdicte ad pōdus.ij.ʒ. sine obseruatiōe diete.℄ Itē offeratur de tertio in tertiū diē pilla.j. de gūmi edere vel semel in septimana pilla vna de eufoꝛbio ad quantitatē ciceris in ouo soꝛbili. vel semel in septimana accipiat.ʒ.ij. oximell iuliani. Itē fiāt cauteria ī ꝑximis fontib⁹ ī foꝛma trianguli vt ꝑdictū est. Caueat īmoderatū exercitiū ꝛ inmoderata replo ꝛ cena nocturna coitus.acria.ꝛ salsa ꝛ acuta. ī calis pꝛecipue vētosa vt legumina.Sup oīa ꝯfert in fine ruptoꝛiū ex cantaridib⁹vel aliis vel flāmula vel aliq̄ vꝛitiuo ꝛ rupture supponat folium caul ꝛ si ꝯfert iteret. Nodosa podagra vel tyragra non curant.fil nec sciatica cum solutus est musculus. ℄ Nota ꝙ lapacium ꝛ fumusterre. ꝛ yua cū sero capꝛino mūdificatiua sunt venaꝝ.℄ Itē alia cura digesta materia ꝛ purgata cum elcio de succo ro.ꝛ data opiata: tunc accipe auenam et¹ fenū ꝛ bulliant simul in multa quātitate ꝛ igne ab astro remoto sterne ꝑus fenū ꝛ postea auenam,ꝛ sic stupba, Mēbꝛū patiens inunge etiā oleo iusquiami. Cōfert etiā īponere mēbꝛū patiētis ī aīali occiso adbuc valde calido.tumoꝛē tollit ꝛ doloꝛē. Itē oleū valēs tam calide artbetice ꝙ si fuerit sintbemon.i.inossata.℄ Olm iusq̄aminū ℄ In vigilia bti ī iobis baptiste collige iusquiamū in multa quātitate. ꝛ accipe ollam nouā ꝛ fac vnū stramentū de berba illa ꝛ aliud de sale ꝛ sic vsq ad sūmū.deinde coque. et cū illud multū resederit:plus appone de berba ꝛ sale.ꝛ sic facies q̄tiēs opus fuerit.℄ Cū aūt bñ coctū fuerit:fode sub terra in aliq̄ loco sicco vbi sit frequētia boīm ambulantiū anno cōpleto: subfode ollam illam ꝛ pinguedinē parietib⁹coberentē: collige:qꝛ oēm guttā destruit. Debet aūt sic bulliri vt olla suspendat in cacabo pleno aq̄. sed caue ne aq̄ ollam subintret.℄ In frigida autē causa etiam inueterata: materia digesta ꝛ purgata cū pillulis artbtic salernitanoꝝ dictis.et data opiata si materia fuit pauca ꝛ doloꝛ intolerabilis accipe pilosellā coq̄ i vino ꝛ vtere.ꝛ fiat ēplm de vitell ouoꝛū ꝛ cimino. Et si doloꝛ est! ītolerabilis:distempa opiū cū oleo ro.,vel lacte etiā muliebꝛi ꝛ vnge. ℄ Itē vnguētum. ℞.martiaton.arogō.ꝛ agripam vnguētū aureum.dyalteā oim q̄nq.añ.ʒ.iij.olei laur.lb.ß.piperis ni.eufoꝛ.castoꝛ.piretri.petro. oim.v.añ.ʒ.ß.catbapuciaꝝ.ʒ.ß. bec oīa redigant in puluerem.post accipe rutam.mentā.saluiam.añ.M.j. berbe iste ꝯterant cū lb.ß. axungie veteris ꝛ sic dimittant ꝑ duos dies tertio die coquant.postea ꝑ saculū expꝛimant.colature addantur.ʒ.ij. cere naturalr vel artificialiter dealbate.ꝛ cū resolutū fuerit:īpone puluerē superius scriptū bñ incoꝛpo-

rando, vltimo addatur petroleon. ꝛ tunc calefiat lento igne vt sic meliꝰ fiat incorporatio. Cū vo infrigidatum fuerit: in pixide repone ꝛ vtere ¶ Itē accipe spongiositatē q̄ repitur ĩfra cornu ceruinū. ꝛ si materia sit ca. coque in aq̄ vel aceto additis folijs iusquiami. si frã: in vino additis folijs lauri. ꝛ cū cocta fuerit per diē. ꝛ noctē. ꝛ liquorē multotiēs cōsumptum renouaueris. inde si sit tenax tā q̄ eēt glara oui: ꝛ tūc ab igne depone ꝛ habeas vas stagneū si materia sit ca. cupreū. si frã ꝛ impone: q꞉ pixidas penetraret. ¶ Item vnguentū ꝯ gutā frãm. accipe carnes murilegi crassi ꝛ auce crasse ꝛ. iij. ℥. de sanguie taxonis minutim scisso ꝛ pone ĩ olla rudi inferius ꝑforata. postea apponanť ĩ olla duo cornua cerui quassata in frustra minuta: et suppone ederā. saluiā. cerfolium. rutam. nastur. cepas. añ. ꝛ sagimē murilegi ꝛ canis ꝛ taxonis ꝛ auce. ꝛ cere virginee. ℥. iij. ꝛ. xl. vitella ouoꝝ assatoꝝ ad duriciē. ꝛ scutellā plenā de veteri fraxino minutim scissa. et ℥. iij. de oleo laur. ꝛ plenā scutellam de limacijs quassatis. ꝛ ponantur ĩ olla. ꝛ cooperiať scutella. ꝛ ex argilla ꝛ fimo caballino fortiter cōmixtꝫ sigilleť. ꝛ supponať olla alia. inferiꝰ in terra sub fossa. ĩ cuiꝰ fundo ponatur peluis liquorē recipiens. h̄ vnguētū optimū est. ¶ Itē ꝯ frigidā artheticā ꝛ tumidā. accipe sagimen vetꝰ. albumĩa ouoꝝ diu agitata. sulphur: radicē lapatij acuti ꝛ rotundi ꝛ argentū vi. ꝯficianť ista sine igne frã. ꝛ iducta corio supponāť. mane vesicabiť cū pruritu non currēs. et iteꝝ suppone. ꝛ mane sequenti exibit aq̄ in multa quātitate. ꝛ sic liberabiť. Et nota q̄ lꝫ totū membrū inflatū prius fuerit. supponēduꝫ est tñ tm̄mō illi pti q̄ magis dolet.

¶ Cura calide podagre ƀm rasim.



Edeamus ꝛ ꝓcedamus ƀm rasym ꝛ ordinemus verba sequētia ad ƀmonem suū. ꝛ docuit cautelas obseruādas post signa in inunctionibꝰ ꝛ cautelas dirigentes in positiōe emploꝝ ƀm modū doloris ꝛ tempora morbi ꝛ ordinat ꝯsequēter dietā in p̄ncipio cum est ex calore ꝛ cal'a materia in podagra ꝛ cyragra. ¶ In isto igiť tpe ĩ principio sint cibaria eiꝰ subtilia. ꝛ cū h̄ inspissantia sanguinē. ꝛ infrigidantia. Et caueat a carnibꝰ ꝛ vino ꝛ rebꝰ dulcibꝰ ꝛ acuťꝫ ꝛ putrefactiuis. ꝛ declinet ad acria ꝛ stiptica. ꝛ bibat aquā frãm clarā cū oximelle acetoso. aut cū rob. de succo fructuū maciano ꝝ vel maligra. vel coctanoruꝫ aut acruminū pomi citrini. ꝛ agrestam et quotidie sumat aliq̄d istoꝝ ꝛ dimittat motum ꝑpe iuncture. et balneū ꝛ coitū oīno donec cesset fluxus humoꝝ ꝛ quiescat dolor. ꝛ tunc vtať balneis. ꝛ motu illius iuncture mediocriter. Et si dolor augmentatur intantum q̄ timeatur de egri defectu: pone aliq̄d de medicinis sedantibꝰ dolorē. ꝛ vngamꝰ mēbrum cū mortificatiuis. ꝛ h̄ fiat in apostematibus ca. sine timore magno. In passionibꝰ āt frĩs ꝛ materijs spissis fit hoc cuꝫ magno timore ꝛ magna cautela. Si āt materia fuerit col'ica in p̄ncipio incipiemꝰ cū euacuatiōe co. cum medicinis laxatiuis. ꝛ eligemus ex eis ꝯuenientiores ƀꝫ ꝟtutē corporis ꝛ quātitatem caloris. Si aūt fuerit corpus ca. ꝛ debile. ꝛ tp̄s fuerit estiuū: laxabimꝰ cū aq̄ prunorū māna ꝛ syrupo ro. ꝛ sero casei. Si aūt corpus fuerit forte: laxabimus

cum mirabol.ci.et aloe et scamonea. et vices laxandi erunt secundum quantitatem materie. Et sicut minutio sanguis curat impletum vel infectum sine alia cura: ita purgatio co. et post ponemus emplastra et vnguenta frigida que attineant humiditati parum vel cum eis que multum desiccant et vtaris istis donec cesset vehementia doloris. et tunc dimittemus curam aliam. quia non est necesse ponere desuper dissolutiua. Materia enim ista non solet petrificari nec indurari. ¶ Dieta autem infirmi sit frigida et humida sicut aqua ordei et cucurbite et cucumeris. et attriplices et huiusmodi et caueant a calidis omnino. et in diebus quietis dabimus alia que alterant complexionem sicut syrupus acetosus et aqua ordei et viscositas psillij et succus maligra. et sit eius dieta frigida et hu. Stratus eius in quo iacuerit sit frigidus et hu. Et si fuerit hyems cooperiatur caput et corpus totum. et fugiat vigilias. cogitationes. et iram. Et si fuerit necesse dare medicinas sedantes dolorem dabimus sine timore quas dicemus. Si autem materia fuerit flegmatica et hu. crudi: laxabimus si fuerit debilis cum semine vrtice et aqua mellis cum baurac. Et si infirmus fuerit fortis et materia multa et spissa: laxabimus cum colloquin. centaur. et zirungen. et turbith. et testiculis vulpis. et erunt vices laxandi secundum quantitatem materie. et vtemur vomitu cum oximelle. et semine raphani et telgis et sinapis et sale et aqua mellis. Aut cum medicinis fortioribus istis sicut nuce vomica et ellebo. et vomitus est etiam valde bonus cum egritudo fuerit in iuncturis inferioribus aut in ancha aut in diebus quibus non vtimur vomitu vel potione: dabimus zinziberatum. et dyatrion piperon. vel tyriacam. de quattuor speciebus. et syrupum subtiliantem materiam. Et caueant a minutione sanguinis et maxime in complexionibus frigidis: et non debilitetur digestiua et multiplicentur superflua et ponimus supra membrum a principio vsque ad finem cathaplasmata calefacientia. Sed in principio erunt desiccatiua et in fine mollificatiua et dissolutiua fortiter. Et debes cauere ne materia lapidetur in iuncturis quoniam ista materia obediens est lapideitati et totum illud debes facere cum magna cautela. non sicut faciunt multi medicorum qui ponunt medicinas fortes ad dissoluendum. vnde subtiliores partes dissoluuntur et remanent grossiores et petrificant ita quod vix poterunt dissolui. et destruitur infirmus ita quod non poterit mouere membrum lesum. Sed debemus ponere vna vice mollificatiua postea dissollutiua. Et quando videris quod apostema minuitur multum: respiciemus vtrum duricies permaneat sicut prius et tunc non ponemus dissolutiua omnino. sed potius mollificatiua donec reddatur bene molle postea dissolutiua. Et dieta infirmi sit subtilis et comedat vna die altera non. et vtatur somno absque cibo: et non debet cibari vsque ad repletionem nisi vt satisfaciat appetitui et famem remoueat vt digerantur humores qui remanserunt in corpore et non debet satiari aqua sed quotidie bibat aquam mellis cum speciebus et medicinis quas dicam postea. Et quando cessauerit fluxus materie et viderimus quod apostema non augmentatur. et corpus est bene mundum ab humoribus tunc vtatur exercitio balneo ca. et rebus prouocantibus vrinam. ¶ Si autem materia fuerit secundum propor

tionē humoꝝ in corpore ⁊ nō apparet multa victoria aliquoꝝ nec ī colore nec in tactu: tunc scias ꝙ dolor est ex plenitudine humoꝝ. ⁊ tūc incipe curā ꝑ minutionem sanguinis postea ꝑ fluxū vētris cū medicinis que pñt purgare diuersos humores sicut pillulis cochijs. Gal. et hmōi. Et non debes ponere supra mēbrū aliquā medicinā donec purget corpus. ⁊ minue de cibarijs eius. ⁊ fac paruū ⁊ subtilem cibū eius ⁊ nō indiget alio regimine ꝑter istud. Si aūt apostema qđ fuerit in iuncturis fuerit ex sanguine ⁊ co. aut sanguine ⁊ fl'ate: debes eū curare ex medicinis cōpositis. verbi grā. ponat ꝙ apostema fit in aliqua iunctura cuꝫ calore forti in tactu ⁊ sine extensione ⁊ pulsatione et rubedine multa quantū solet esse in apostemate sanguineo puro et est dolor aliquādo cū pulsatiōe ⁊ aliqñ cuꝫ punctione: dico ꝙ manifestū est ex sermone nostro ꝙ istud apostema est cōpositum ex sanguine ⁊ co. Et debem⁹ incipe a minutione ⁊ purgatōe ⁊ cōponere curas quas diximus. ℭ De mel'ia aūt iam diximus ꝙ nō accidit passio iuncturaꝝ ꝑpter eā. ⁊ ꝑpter hoc de eius cura dimittemus sermonē.

ℭ De medicinis laxatiuis in dolore iuncturarum.

ℭ Laxatiuū in dolore iuncturaruꝫ ex sanguine ⁊ co. qñ iūcture fuerint ca. ⁊ voluerimus soluere solōne mediocri. accipe succū maligra. dulcis lib. ß. iuleb. lb. ß. cōmisce ⁊ mitte ibi ʒ. v. mirabol. ci. ⁊ morentur ibi vna die ⁊ vna nocte. postea cola ⁊ bibe. aliud debilius. ſꝫ magis infrigidat accipe lb. j. iuleb. ⁊ appone. ʒ. x. mirabol. ci. ⁊ sic dimitte ꝑ vnū diē ⁊ noctem. postea cola. ⁊ pone. ℥. j. muscillaginis. psilij. ⁊ da pa. ℭ Al. accipe pruna sicca. i. passa numero. xxx. tamarindi. ʒ. xv. coque ī. iiij. lb. aq̄ donec remaneat lb. ß. postea exprime. cola. ⁊ colature adde mirabol. ci. ʒ. x. ⁊ dimitte vna die ⁊ vna nocte. ⁊ iteꝝ cola. ⁊ addit ʒ. v. zuccari: sumat pa.

Syrupus mirabol. ci. q̇ valet dolori iuncturaꝝ ⁊ fe. acutis ⁊ tertiane. purgat eñ co. ru. ℞. mirabol. ci. ʒ. c. ablue cum aqua calida reubar. ʒ. c. mitte cū aq̄ fra ita ꝙ aq̄ supernineat duob⁹ digitis: postea ī estate pone ad solē ꝑ q̄ttuor dies. deinde accipe iteꝝ aquā ⁊ remaneant mirabol. ci. ⁊ iteꝝ mitte aquā aliam et dimitte tādiu donec amittāt saporē ⁊ albescant. deinde aggrega ꝑmā aquā et scđaꝫ. ⁊ cū ʒ. c. manne albe decoque ad ignem ⁊ remoue spumam donec fiat sicut iuleb. ⁊ si vis acuere cū scamonea: cuilibet libre appone. ℥. j. scamonee. ⁊ sup q̄libet librā pone. ℥. j. aque ro. ⁊ vtere qñ volueris.

ℭ Pillule Johannicij.

ℭ Pillule iohā. da. ad dolorē iuncturarū cal'm. ℞. aloes cicotrini. ʒ. tertiā ꝑtem. mirabol. ci. ʒ. j. scamo. vj. ꝑtem. ʒ. esule. quintā ꝑtem. ʒ. masticis septimā ꝑtem. ʒ. j. fac pillulas cū aqua coctanoꝝ vel macianoꝝ et sume totum semel. Iste eniꝫ pillule purgant co. ⁊ parū humoris aquosi ⁊ bene operant ī dolore calido iuncturaꝝ. ℭ Pillule optime in principio egritudinis. ℞. aloes. ʒ. x. zirungen. mirabol. ci. ana. ʒ. v. cōfice cum succo vue canine. et sume qualibet vice. ʒ. j. ⁊. ß. vel duas pillulas. Iteꝫ pillule alie. Scamonee puluerizate ʒ. v. mitte in aqua coctanoruꝫ. ʒ. x. ⁊ dimitte donec desiccent. ⁊ misce cū ʒ. x. zuccare. ⁊ cubebe. ʒ. ß. ꝯfice cum iuleb. ⁊ fac pillulas ad modū cicerꝭ. ⁊ sunt optime ī qualibet dispositōe ⁊ maxime cū stomachus est īpedit⁹

vel non egerit et sume in quacunque bora volueris. ¶ Electuarium quod purgat co. et confortat stomachum boni saporis et odoris. ℞. citoniorum frustatim scissorum.ʒ.lx. pone in aceto forti per diē.j. et noctē. postea extrahe et pista. et illis.lx.ʒ. appone scamonee.ʒ.x. cubebe.ʒ.ij. carda.ʒ.ij. spice nar. aur.j. ro.ʒ.v. ɔfice cum.lx.ʒ. mel. et accipe cum volueris.ʒ.ij. ¶ Ualent in bac cā troc. rosati scamoneati, et troc. viol. scamoneati.

¶ Cura qn̄ est ex fl'ate.

¶ Medicamē laxatiue mūdificās īntestina a fecib⁹ et a fl'ate grosso et atrabit fl'a a iuncturis. ℞. turbitb.ʒ.x. ʒinʒ.ʒ.ij. ʒucc.ʒ.xx. fac puluerem et sumat a.iij.ʒ. vsque ad.iiij. Syrupus de turbitb. educit fl'a a iūcturis et ab ancba. fortiter. et est aptū et bonū eis q̄ odiūt medicinas. ℞. turbitb. lib.j. mitte in.iij. lib. aque fr'e et moref ibi iij. diebus ad solē. deinde cola. et vide si amisit saporē et ꝓijce et aquā reserua. finaūt appone aliā aquā. et iterum ad solē appone donec amittat saporē. postea aggrega duas aquas illas et mitte lib.i. ʒucc. et coque donec fiat sicut iulab. multotiēs ducit fl'icos bu. ¶ Et si volueris citius facere: coq̄ ad ignē. qm̄ nō est debilior purgatio. sed nō erit ita clar⁹. Al. laxatiuū ad dol. iuncturarum ex fl'e. purgat fortiter et sepe ducit. ℞. ʒirungē.ʒ.j. esule tertiā.ʒ. turbitb.ʒ.j. et ß. ʒiʒ. sextam ptem.ʒ. ʒuc. quantum omnes species. Pill'e que purgant fl'a iuncturarum. ℞. turbitb.ʒ.j. et ß. colloq̄nt. ʒ. tertiā. bdellij quartam.ʒ.j. forma pill'as et sunt mirabiles in extrabendo fl'a crudum ex ancba. ¶ Medicamen aliud. ℞. scariole ru. ʒirungen. an̄. aur.ij. distempa in.j.ʒ. olei nucū et.ʒ.j. decoctionis aneti. et bibat pa. purgat em̄ sine nocumento et aufert dol. ancbe omnino. Medicine ad dol. ancbe. general'r sūt iste colloq̄ntida. cētaurea mior succ⁹ cucu. asinini. ʒirungē. esula. piretr. scrap. amoniacū. oppop. ex istis componuntur medicine. ad dol. ancbe. ex fl'e. Medicamen optimū ad dol. ancbe et iuncturarum ex fl'e. ℞. succi. corticis colloquin.ʒ.v. passarum siue arill. plenam manum. coq̄ in.iij. lb. aq̄. donec remaneat tertia pars libre. ducit.x. vicibus magis fl'a educit et crudum bu. ¶ Pill'e fortes valde purgāt fl'a ex iuncturis et ancba. ℞. ʒirungen.ʒ.ß. esule.ʒ. tertiā. turbitb. duas tertias ʒ. colloquint quartam.ʒ. euforbij q̄rtam.ʒ. sumanf vice vna sunt em̄ fortes et in isto loco vtanf pill. fe. et pill. ʒirungen. et alijs pill'is que sunt scripte in libro. Decoctio que facit homines surgere a lecto qua vtātur in podagra. et dol. ancbe ex flegmate et est mirabilis. ℞. corticis radic apij et feni. ana.ʒ.x. colloquin centauree mi. ameos. anisi. ʒirungen. esule. an̄. ʒ.v. coquanf in.iij. lib. aque vsque remaneat. lib.j. et sumat quotidie.ʒ.j. ¶ Pill'e fortes purgant flegma et remouent id de ancba. et iuncturis. ℞. turbitb.ʒ.x. colloquinti.ʒ.x. et ß. succi cucumeris asini.ʒ.iij. cētaur.ʒ.iij. euforbij aur.j. esule.ʒ.v. sarco. et serap. an̄.ʒ.ij. confice cum succo feni. vel porrorum dentur forti.ʒ.iij. multotiens em̄ ducit. et debet vti eo cum corpus fuerit plenum bu. crudis et fl'e. In tali casu potes vti yeralog. et yera ruffini. sed melius est vt vtaris yeraruf. ¶ Cura qn̄ est ex mel'ia. ¶ Quando sciueris q̄ dolor iuncturarum prouenit ex melancolia: vtere istis medicinis. ℞. epitbi. noui.ʒ. v. puluerizā et bibe cum.ij.ʒ. aq̄ mell. mel'iam em̄ purgat multotiēs al. ℞. polip.ʒ.xx. epitbi.ʒ.xx. ʒnc.ʒ.xl. pul-

ueriza. et bibe cum iulab. ¶ Al. R. mirab. indi. ℥. xx. epithi. ℥. v. mitte i j. lib. et ß. aque feruide et moretur ibi tribus diebus. postea exprime et bibe cum. ℥. x. zucc. purgat enim meliaz. ¶ Decoctio epi. que purgat fortiter meliam. R. mirab. indi. ℥. xx. polip. sticados. an. ℥. v. sene. ℥. vij. coque tam diu in. iij. lib. aque donec remaneat lib. j. postea mitte. ℥. x. epi. deinde remoue ab igne et dimitte sic per. j. noctem. postea exprime et cola: postea accipe. ℥. j. agarici. et tertiam. ℥. salis indici et quartam partem. ℥. elleni. aggregetur insimul cum oximelle et sume in sero. et decoctionem supius dictam in mane. pillule purgantes meliaz ex iunctur. R. epi. ℥. j. polip. ℥. j. agar. duas tertias. ℥. elli. ni. quartam. ℥. aggregentur et fac pillulas quae vna vice sumantur. ¶ Et caue in purgando meliaz quia non debes semel purgare sed sepe Iste enim humor non debet educi in vnica purgatione in multa quantitate. Et no. quod purgationem melici hu. balnea et digestiuum semper debent precedere. ¶ Cura quando est ex fle et co.

¶ Dolores iuncturarum pro maiori parte sunt ex fle admixto co. quoniam dieta plurimum hominum est grossa. quare grossi hu. augmentantur qui ad iuncturas decurrere non possunt nisi primo subtilientur ab aliquo calore. vt exercitijs vel vsu rerum colericarum cum ipsi de natura sint compacti et inepti ad fluxum. ¶ Et propter hoc videmus in illis qui patiuntur dol. ex hu. crudis tempora quietis inter duas accessiones breuiora: cum vigilant vel laborant vel rebus vtuntur calidis. ¶ In alijs autem fit contrarium. tamen propter hoc non preseruantur ab accessione. quoniam quando multiplicantur isti hu. clauduntur meatus. et quia destituti sunt a natura. corrumpuntur et putrefiunt.

¶ Unde acquirunt acumen quo subtiliantur et habiles fiunt ad fluxum. Et propter hoc medicine que attrahunt flegma et col. insimul meliores sunt quam que coleram tantum vel flegma trahunt. Et medicine que istud operantur principaliter sunt omnes species titimalli et scamonea. et turbith et colloquin. Et aloe cum turbith trahit humiditates et co. et flegma et confortant stomachum et ducunt sine labore et dolore. R. scamonee. ℥. j. et duas tertias. ℥. turbith. ℥. j. ro. ℥. j. et ß. spice nar. ℥. ß. conficiantur cum succo coctanorum vel maciano rum et facias. x. troc. et bibat troc. j. et ß. debilis fortis duos. ¶ Decoctio purgans flegma et co. mediocriter. R. mirab. ci. a. ℥. x. vsque ad. xv. turbith. a. v. vsque ad. x. coque in. iij. lib. aque. donec remaneant due tertie lib. et appone zucc. al. ℥. x. cola. et bibe. ¶ Pillule purgantes fla et co. fortiter. R. scamo. ℥. j. colloqn. ℥. ij. aloes ℥. iij. succi. absin. dragaganti. masti. an. ℥. ß. bibe. ℥. j. et ß. Sunt autem electe et optime. Et no. quod zirungen habz magnam virtutem in omnibus doloribus iuncturarum. sed destruit appetitum comedendi et desiccat iuncturas cum in magna quantitate sumitur et propter hoc si fuerit necesse de eo accipere in magna quantitate: accipiat postea medicinas confortantes stomachum. Quapropter admiscemus semper cum zirungen. anisum zinz. masticem. et mollificamus iuncturas cum aqua ca. pinguedinibus et oleis. sed notandum quod istis non debemus vti nisi cum est magnus et vehemens dolor. vel timemus de defectu egri. et iste medicine inspissant sanguinem. et prohibent descensum humorum ad iuncturas. quapropter non debemus eis vti nisi cum corpus fuerit vacuum et dolor fuerit fortis

τ tūc debemus vti ad mortificādu3 parū τ inhibendū fluxum. τ ego scribam illas etiā quas expertus fui sepe Medicamen ad potandū cu3 dolor fuerit fortis ad alleuiādū. zirūgen. τ zucc. bibe cu3 aqua fri̅a. Al'. bibe semen coriandri sicci cū. ʒ. iij. zucc. Al'. pone glandes vna die τ nocte in aceto. postea desicca. τ mole. τ da. ʒ. iij. Al'. lentes excorticate. semen coriandri. glandes. zirungē. an̄. mole. τ bibe. ʒ. iij. ¶ Cibus eoꝝ sit agresta. lētes cū aceto τ poma citrina τ acatia τ gn̄aliter oēs cibi inspissantes sanguinē. Et si vehementia doloris duxerit nos ad dandum res mortificatiuas faciemus hoc medicamen. ℞. se. lactu. ʒ. x. iusquiami al. ʒ. x. opij. ʒ. ij. aggrega cum succo lactu. τ fac pillulas sicut cicer. τ si dolor fortis fuerit in pedibus: pone suppositorium de opio τ stati3 dormiet. τ hoc est faciendum cum dolor est ex ca. causa. ¶ Si autem dolor est ex fri̅a cā: vtaris istis alijs. zirungē. ʒ. x. sene. ʒ. x. asari. zin3. cimini. piperis lon. spatane. an̄. ʒ. ij. confice cu3 melle τ sumat ex eo pondus. ij. aur̄. cum aqua tep̄. ¶ Al'. zirūgen. ʒ. x. mirre. cimini. se. agnicasti. an̄. ʒ. v. opij. ʒ. ij. conficiantur cum melle τ sumat. ʒ. iiij. ¶ Et si materia fuerit composita cum pura co. dyalzilon est optimū ad hoc. ita ꝙ sit nouum. Cibus illorum debet esse siccus sicut carnes cocte. τ postea assate. panis coctus cum seminibus ca. Et sitim sustineant qualiter poterunt. ¶ Al'. medicamen ad cessandum dol'. podagre fre. zirungen. olib. ana. ʒ. xx. cimini. ʒ. x. sumat ex eo. ʒ. iij. ¶ Et considera ꝙ aliquando fit fortis dolor ex distēsione mēbrorum propter humores quod cognoscitur ex membri dispositione. τ tunc debes inungere cum oleo camo. τ facere emplastra de se. bismalue τ malue τ dyaltea. τ pone sup̱ iuncturas: medicinas constringentes.

¶ De clisteribus fortibus.

¶ Post purgationem maior cura fit per clisteria fortia que attrahunt materiam tali attractione ꝙ vulnerant intestina τ exire faciunt sanguinem. τ tunc cessat dolor eadem die qđ ego vidi plus ꝙ̄ in mille hominibus τ nūꝙ̄ vidi aliquē qui vteretur istis medicis quin ex toto sanaret̄. vel alleuiaretur. nisi sit ita fortis ꝙ indigeat vstione. ¶ Et ego de istis clisterib⁹ aliq̄s maneries pulchras et expertas dica3. Clistere forte valde attrahens flegma crudum τ aufert egritudinem. ℞. cortic̄. radicis capparis corticis colloquin. centauree mi. cucumeris asinini. corticis agarici. ana. ʒ. v. coque ī. iij. lib. aque donec remaneant due tertie libre. deinde cola. τ appone mel τ oleum τ fac clistere. τ sustineat quanto magis poterit. τ antequā fiat istud clistere: precedat clistere istud factum de herba que dicitur acelgas vel cū sale τ aqua τ melle ad mundificandū intestina de fecibus. deinde sequatur clistere predictum. ¶ Al'. ℞. ellebori ni. esule. colloquinti. nasturcij. cētaure. camed̄. ana. ℳ. i. coque in. iij. lib. vini. τ mitte ibi. ʒ. v. olei vetustissimi τ fac clistere. istud est nimis forte et calidum. et non debes vti eo. nisi in corporibus flegmaticis τ pinguibus. Alijs vero sufficiet aqua herbe acelgas τ nitru3 τ aqua salis. ¶ Aliud clistere. Recipe nastur. anisu3. mitte in aqua vna nocte τ die τ postea calefac. τ ex ea aqua clistere fac. ¶ Est optimum em̄. Al'.

accipe.iij.lib.aq̄ mitte in ea.j.lib.ni tri.ꝛ coopias vas ꝛ pone ad solē dua bus septimanis ꝛ cū opus fuerit: fac clistere. Al'.accipe corticē colloqn. coq̄ in aqua ꝛ cola. ꝛ mitte parū olei ꝛ fac clistere.

¶ De vnguentis sedantibus dol'.

¶ Jaȝ diximus ꝙ vnguenta que ꝓhibent fluxum nō debes ponere sup iuncturas nisi cum corpus sit mundum ꝛ post purgationem. tūc debes ponē tales medicinas sup iūcturas ad confortandū membra ꝛ claudendū poros vt nō recipiāt multa superflua. Et iā diximus conditiones illius cure. Sȝ modo volo dicere medicinas particulares. Unguentū ꝓhibens materiā ꝛ sedās dol'. ꝛ valet apostematibus sanguineis ꝛ infrigidat ea ꝛ cōfortat membrū. ℞.spodij campbore memitbe. acacie. an̄. ʒ.j. opij quartam.ʒ.j.conficiant̄ cum aq̄ solat'.vel lactu.vel portul'.ꝛ pone desuper Alud. ℞.memitbe.sandali ru. ꝛ ro.cortic; papauer; ni.an̄.ʒ.x.opij. ʒ.j.fiant tro.ꝛ cum volueris: vnuȝ resolue cum aqua ro.vel campborata. Al'.vnguentum al'.mirabile confortat membrū facit dol'. quiescere.

¶ Accipe ossa ꝯbusta sicca ablue in aqua prius.postea sicca.ʒ.ij.ʒirūgē. ʒ.iiij.amili.ʒ.ij.ceruse.ʒ.ij.aggregentur cum aqua ro.ꝛ campborata. Al'. qd̄ confortat ꝛ ꝓhibet fluxum ꝛ magis infrigidat ꝛ debes eo vti cū materia fuerit multa ꝛ timueris ne apostema augmentet̄. ℞.sandal'.ru. memitbe.boli arme.corticis maligra. opij ferrugis.ana.ʒ.ij.confice cū succo mirte. Est enim vnguentum forte ad reprimēdum humores. Al'.ad idem acacie.galle viridis.memitbe. ꝛ triun sandalor̄. ꝛ ro.an̄. cōfice cuȝ aqua mirte.ꝛ vnge. Al'. infrigidans cum apostema fuerit in augmento ꝛ est materia furiosa in qualitate non in quantitate. ℞.amidi.camph. an̄. mole.ꝛ cōfice cum aqua ro.ꝛ superpone. Al'.qd̄ sedat dol'.ꝛ īfrigidat ꝛ expellit multum. Mole cerusam cū lacte vaccino ꝛ superpone. Al'.ꝙ facit sedare dol'.statim ꝛ est expertum Accipe micas panis albissimi mitte in lacte vaccino ꝛ dimitte donec fiat quasi vnguentum. ꝛ pone decimam ꝑtem opij.ꝛ mole cum lacte.et superpone.ꝛ cum calidum fuerit: remoue ꝛ appone aliud. Al'.accipe ceram ꝛ oleum ro.ꝛ minus sit de cera ꝛ cuilibet.ʒ.pone.ʒ.ij.croci.ꝛ.ʒ.ß.opij mole.ꝛ totuȝ appone desup ꝛ coopi cum folio lactu. ¶ Medicamen valde forte ꝛ debes eo vti cum magna fuerit necessitas. ℞.opij corticis radicis mandrag.an̄.ʒ.v.mole. ꝛ confice cuȝ aqua portul'.vel lact'.vel ius quiami. ꝛ informa grana ꝛ serua.et cum opus fuerit: solue cum aqua lactu. vel portul'. Sed quando dolor fuerit adeo fortis ꝙ istis medicinis non fuerit sedatus: vnge diu cuȝ aceto fortissimo ca. ¶ Cum apostema fuerit in statu ꝛ calor fuerit aliquantulū fortis. ℞.sandal'.ru.croci.ana. cōfice cum succo coriandri viridis. ¶ Al'.accipe memitbe.aloe.an̄. confice cum succo sand̄. al'.℞.farine ordei.camo.ro.ana.confice cum succo farral'.ꝛ apij. Al'.℞.boli.ar.croci ro. mirre.an̄.conficiantur cum aqua coriandri. ¶ He sunt medicine q̄bus vteris in declinatione apostematis furfur bis malua.flos camo.cōficiātur cum aqua furfuris. ¶ Al'.farina fenug.anetum siccum.semen lini.cō fice cum succo caulium. Al'. cere partem.i.olei anetini sextam partē. fac cerotū.ꝛ appone camo.puluerizatā

¶ Si volueris facere magis forte: appone axungiam galline aut anatis. Al'. dyalzilon cū oleo camo. valde est bonū. Al'. storax liquida. lapdanum. mastix. semen caulium congregent' cū fecib⁹ olei yris. Al'. valde forte mastix. lapdanū semē rafani semē cauliū. amoniacū. confice cum fecibus olei yris. ¶ Et no. ꝙ quando volueris his medicinis vti. primo ablue membrum cum aqua ca. tamdiu donec rubeat. ⁊ sic pone medicinas ⁊ permitte. x. horis. postea remoue ⁊ iterum appone. ⁊ sic tamdiu facias donec apostema soluatur. Et si remāserit de apostemate aliud lapideum: medicabitur sicut dicet' in sequentibus. Et iam diximus superius ꝙ emplastra que dissoluunt nō sunt necessaria nisi in dol'. iuncturarum ex sanguine ⁊ modo dico ꝙ sūt necessaria in apostematibus quorū materia est sanguis grossus melancolicus aut flegmaticus. Sꝫ apostema qđ ē ex co. pura: istis omnino nō indiget ⁊ non debes mirari si mora fit in dissoluendo illud quod remansit ex apostematibus in iūcturis de causa ca. qm̄ materia collecta est in corporibus duris atꝙ connexa. scꝫ in iuncturarū ligamentis. quapropter difficilior est ad dissoluendum ꝙ si essꝫ in carne tm̄. ¶ Sed si istud apostema curatum fuerit ſm ꝙ debuerit. ⁊ non fuerit error ex medico nec ex infirmo. nec ex alia materia super aliam fluxerit: soluit' in. xl. diebus ⁊ plures medici putant ꝙ materia continet' non tm̄ in ligamentis: sed etiam in cordis quod falsum autumāt. qm̄ si materia esset in cordis accideret spasmus propter cōmunitatē nerui conuicināti musculo in cuius corda ē materia. Qꝫ ergo materia discurrit ad ligamenta ⁊ non ad cordas cū ligamenta sint duriora: iam declaratuꝫ est in libro nostro qui continens appellatur. sed istud ignorare non impedit curationem. ¶ In principio aūt post purgationem debemus membrum confortare vt non recipiat superflua multa. sꝫ q̄uis confortare est cū medicinis fris: non debemus infrigidare omnino. sed aliquando aliquantulum calefaciemus ⁊ istud est faciendum cū dolor est in augmento. ¶ Sed si aliquādo vigoret' dolor: vtemur medicinis sedantibus dol'. mixtis cuꝫ illis que alterant ꝯplexionē ⁊ mordificant. Et cū cessauerit dolor ⁊ fuerit in declinatione: vtemur medicinis dissolutiuis. Et si materia fuerit grossa ⁊ dura: vtemur medicinis fortibus. Sed si fuerit moll' ⁊ subtilis vtemur debilioribus.

¶ Cura qñ est de fra causa.

¶ Unguentū quo debes vti in principio in dol'. iuncturaꝝ ex fra cā acacia. aloes. mirra. añ. congregent' cū aqua mirte. Al'. nuces cypressi. iuniperi. mirra. añ. congregent' cū aqua gallaꝝ coctarū. Al'. spica nar. galle. ana. confice ⁊ appone. ¶ Unguenta alterantia conditionem ⁊ sedantia dol'. Storacē liq̄dam misce cū oleo laur'. Al'. ℞. castor'. costi. mirre. ana. congregent' cū oleo antiquo. Al'. ceram dissolue in oleo antiquo. et in oleo yris. ⁊ cuilibet vncie adde. ʒ. ij. euforbij. istud facit magnum calorē ascendere statim in loco. Al'. quod calefaciat membrum. ℞. piperis. castor'. eufor. ana. aur'. ij. mole. ⁊ appone. ʒ. j. olei costini. ⁊ vnge locum fortiter. ¶ Unguentum ad mortificādum. opiū. castor'. ana. croci. media pars congrega cū aqua expone. ⁊ si

dolor vigorauerit. et medicis nō cessauerit. vngat cū aceto forti in q̄ fit decoctū. mētastrū. origanū. et herbe alie ca. Medicamē dissoluēs apostema molle. s. zimiā. Accipe cinerem q̄rci et mitte i aq̄ die vna et nocte et postea cola et misce tātūdē aceti. et iunge pannū et pone desup. al'. salgē. mole et confice cū oleo et frica locū. al'. aloe et mirre. ana. misce et pone. al'. cretā et alumē ꝯfice cū aceto et pone vl' vnge mēbꝝ cū oleo et suppōe pulueres. al'. litargiri puluerizati. ℥. j. olei. ℥. j. coq̄ donec sit spissum. postea mitte cinerē radic̄ cauliū et misce donec icorpetur. Cū aūt apostema icipit idurescere ꝯuertar ad dissolutiuas et vtaris medicis mollificatiuis ꝑm duricie apostematis et cū videas remolliri et rarefieri et i latitudine augmētari tūc reuertar ad dissolutiua et eis vtaris ꝑm duriciei q̄titatē et non cesses q̄nq̧ mollificare. q̄nq̧ dissoluere donec totū resoluat. Et ex eis q̄ mollificāt ē in balneū itrare et cibis subtilib⁹ et mollib⁹ vti. et purgatio ꝓprie melic̄. et caue ab eis q̄ ispissant sang. et vl'r ab oīb⁹ cibis viscosis et sicc̄. sic̄ ordeo. et lētib⁹ et ab oīb⁹ q̄ adurūt sanguinē sic̄ alliis salsis. et sil'ibus. et ab oīb⁹ q̄ inspissant sang. velut vinum nouū. panis azim⁹ oua dura. Et sufficiāt eis oēs aues pue et edi. et arietes oua mollia cōmixta cū sale et cū vino et panis fermētat⁹ cū multo sale et vinū subtile. et nō cesses vti istis donec dissoluat apostema. Et si lapideatū fuerit ex eo aliq̄d medicabit cū istis medicinis. ¶ Unguētum mollificatiuū ablue mēbrū cū aq̄ ca. donec influat. postea vnge cū cera. et sic ꝑmitte. vj. horis. et q̄tidie sil'r fiat donec appeat mollificatio. ¶ Al'. ℞. radicis malue. visci. radic̄ cucu. asinini. coq̄ in oleo et fac vnguentū. Al'. forte mollificās pinguedo galline. anat̄. medulla cruris vituli. cera. et oleum misce. et fac vnguentū. et pone desup vna nocte et vna die. postea ablue. et iterꝫ appone. Al'. magis forte. bdelliū. storax liq̄da. amoniacum misce cū oleo yris. et suppone. ¶ Al'. expertum qd̄ non fallit. Feces olei yris et feces olei se. lini. muscillago fenug. pinguedo anatis. misceant et suppone. ¶ Al'. mollificatiuū. cere. ʒ. v. yr̄. ʒ. j. medulle cruris vituli. amoniaci. storacis liq̄de. bdellij. galbani. ana ʒ. x. liquefiat cera cū pauco oleo yr̄. et alie medicine puluerizate addantur et cōficiant farina fenug. et calx cū aqua mell'. et cum pinguedine antiqua. ¶ Stercus caprarum cū oximelle. cinis caulium cum amoniaco amoniacum cū oleo antiquo vel cū aceto. ¶ Emplastrū compositū. radices yris. aristol'. elli. piper. conficiant cum oleo. ¶ Al'. farina lupinorum. fenug. et stercus columbarum. confice cū oximelle et pone desuper. ¶ Emplastrum forte. aristol'. piretrum. radices capparis. lupini. yris stercus columbarū. calx. ana. de ficubus ni. quantū de omnibus conficiant cū oleo antiquo. ¶ Dyalzilon forte ad dissoluēdum litargirū oleum antiquum. ana. decoquantur donec in spissentur. postea pone viscositatem sinapis quantum est oleū et moueat. donec coaguletur. est em̄ valde forte. Al'. litargir̄. coque. et appone viscositatem fenug. postea misce cum eo calcem. et nitrū et piretr̄. et aristol'. et sulphur. ana. de omnibus fit tm̄ quantū de viscositate. ¶ Al'. emplastrum mollificans et dissoluens et est mirabile. amoniaci. bdellij. storacis liquide. ana. ʒ. x. galbani ʒ. x. piretri. et fenug. ana. ʒ. x. olei yr̄. quantū sufficit ad mollifican-

dum gummi & conficiatur cum ficubus nigris. ¶ Cura propria ad lapideitatem. Ablue cum aqua vbi cocte sunt radices malueuisci cu; aneto et camo. donec rubeat. quod est in circuitu lapideitatis. quoniam quando fortis est lapideitas: locus lapideitatis non rubeat.
¶ Deinde ponende sunt pinguedines. et medulla vna die et nocte.: postea accipe lapidem marchasite. & pone i igne donec rubeat. postea rora cum aceto forti. & pone membru; desuper & stet super vaporem vna hora. postea laua cum aceto forti calido. & fiat omnis cura ista per aliqs dies. postea mole amoniacum cum aceto forti. & pone desuper. & dimitte per aliquot dies. postea ad mollificantia reuertere. & sic donec resoluatur. ¶ Emplastrum propriu; ad dissoluendum lapideitatem. Amoniacum. bdellium. oppop. galbanū nitr. sinapis. piretr. sulphur. ana. de litargiro quantū de omnibus. Coque litargir. cū oleo. donec fiat spissum. deinde confricetur cū aliis medicinis. Sed mollifica membru; nimis. & pone medicinā istam desup. ¶ Dixit Gal. q accepit caseum antiquum longi temporis & mastur. et puluerizauit isimul. postea accepit pedes porci antiqui salsi & coxit. et cu; aqua illa miscuit nastur. & caseū & fecit emplastrum supra iuncturas lapideitatis & rumpebatur cutis. et exibat ventositas omnis. & sic pa. sanabat. & expertus sum istud sepe
¶ De medicis q attrahūt materia;
¶ Quāuis autem istis medicinis vtunt medici in pluribus egritudinibus cronicis: magis debent eis vti in egritudinibus iuncturarum post purificationem ad extrahendum illud quod est in profundo iūcturarum ad superficiem corporis. & propter vehementiam adustionis istarum medicinarum attrahit materia ad superficiem nimis fortiter & ampullatur loc9. & in illis ampull. aggregatur totum venenum. ¶ Unde fortius attrahitur materia. quia quantomagis debilitat ipsa pars: tanto magis declinat materia ad ipsam. & iste medicine sūt valde fortes & eis nō debes vti nisi post plenariā purgationem. ¶ Emplastru; attrahēs materiā ex pfundo iūcture & anche cōburens. Nasturcium. piretr. cappis. ana. conficiantur cum aqua cineris ligni ficus. et pone desuper ligatu;. donec comburat. postea solue etia; si nigrescat loc9. ¶ Si naūt rep one donec ampullauerit & appareant ampulle. & tunc laua locum cū ca. vt cesset dolor & vnge cum butiro vt non consolidentur vulnera. quanto diutius fuerint aperta: tanto melius erit. Al' forte. feces vini aduste cathapucie. cantarides. nasturcium. ana. conficiantur cu; succo squille. ¶ Al' simplex. vnge locum cum melle. ancardi. donec ampulletur. Mel anacardinu; sic fit pone anacardos in forti aceto ad ignem. & permitte diu bullire. et mel quod continetur in anacardis exbibe. quod etiā inuenit i aceto. illō accipiat. & ad vsus medicine fuet. Cura ad dol. ancharū & arthetice quā pposuit gal. & laudauit eā valde. & dixit q ñ ē necaria alia medicia & semel ipositacurat. ita efficacit q si pa. delat9 fuerit ad balneū imula vl lecto sine alicui9 adiutorio ad ppa reuertet. Accipe satarāgi viridē vel ziruge in estate cōquas sa bñ cū sepo. & pone sup dol. anche vel iūcturaꝝ. & dimitte. ij. horis liga

tū. ꝛ cū ſudauerit pa. intret balneū aq̄. ꝛ diſſolue empl'm. q2 nō eſt neceſſaria alia cura. Et ſi remanſerit aliquid de dol. fac eādē curā p. x. dies.

¶ De ſciatica paſſione.



Uia autē pceſſit ſmo noſter i dol. iūcturarū. pcipue manuū ꝛ pedū: dicamus curā dol. ſciatice. ¶ Signa autē materie vincētis in hac pte iūcturarū: nō ſūt diuerſa a ſignis aliarū. ſed in mō cognoſcēdi ꝛ cura: eſt aliq̄ diuerſitas. ꝛ ppter hoc locutus ſum de eo ſeparatim. Dico ergo ꝙ iſta iūctura eſt pfunda coopta multa carne. Uñ medic⁹ nō pt bñ cognoſcē materiā nec ex colore nec ex calore loci. Si aūt appuerit i eo aliqđ ſignū manifeſtū ſignificat ꝙ materia eſt valde abundans. verbi gr̄a. ¶ Si calor vel frigus apparuerint in tactu: ſignificatur ꝙ maior eſt in duplo ꝙ apparet ppter pfunditatē illius iuncture. ſ3 p maiori pte nō manifeſtat. nec i colore. nec in tactu. ꝛ illud qđ decurrit ad iſtā: ſunt humores. pcipue fl'ici q̄ qñq3 claudunt ibi ꝛ tādē reſoluunt. ¶ Quapropter multotiēs relaxantur ligamēta ipi⁹ iūcture ppter humiditatē. intantū ꝙ vertebrū reſilit a ſcia. hoc eſt maius malū qđ poſſit accidere in hac egritudine. lapideitas aūt non contingit vnꝙ. q2 nec ego vidi. nec aliquē magr̄orū vidiſſe audiui. Curatio aūt hui⁹ egritudis hec eſt. ¶ Si viderimus ꝙ ſanguis ſupabūdet in corpe: minuam⁹ de baſilica de manu oppoſita anche infirme. ꝛ extraham⁹ ſan. ſepe. Et ſi ſanguis nō ſupabūdauerit. ſ3 īfirmus habeat de virtute ꝛ de calore naturali tm̄. ꝙ p minutionē nō infrigidabitur eius corp⁹ minuemus etiam q̄m maneries hui⁹ cure eſt pfecta ꝛ valde bona. poſtea dabim⁹ vomitū. vel fluxū vētris puocabim⁹ vel cliſteria fortia faciem⁹ ꝛ empl'a fortia. ꝛ poſt ea q̄ adurūt ſi fuerit neceſſe. ¶ Et ſi apparuerit ſigna fl'is in corpe egri a minutiōe caue. ꝛ incipe cū vomitu deinde fluxu. poſtea aliis ſ3 ordinē ꝛ nō ponas ſup anchā empl'3 nec vnguentū añ nimiā euacuatōē3 corporis. Sed ſi dolor augmētet aliquātulum ante purgationem corporis ponem⁹ medicinas habentes cal. tēperatum q̄ pñt ſedare dol. ꝛ exhibere materiā. vt camo. ꝛ ſe. lini ꝛ vngem⁹ cū oleo de alcāna. vel oleo anetino. q̄m vnguēta ꝛ empl'a ꝛ alia qñ corp⁹ fuerit repletū multū hūorib⁹ attrahūt hūores ad iūcturas ꝛ nocēt multū. q̄m magis attrahūt ꝙ diſſoluūt. ꝛ hoc ē cā q̄re nō debemus aliqđ fr3 in paſſione ſciatica apponere ꝙuis ſit ex ca. cā. Ex empl'is aūt fr'is non indigem⁹ in paſſiōe hui⁹ iūcture ꝙuis ꝯburant ex calore. q̄m nulla medicina ē tā fort ꝙ poſſit expell'e materiā a loco ſuo. ſ3 īducit maius malū. q2 claudit poros ꝛ retinet materia ꝛ facit maiorē dol' accidē. Et ſollicitudo noſtra non d3 eē niſi circa attractionē ei⁹ qđ ē i pfundo illi⁹ iūcture ad ſupficiē corpis. q̄propter vtimur empl'is ꝯburētib⁹ vl' cū igne ipſo ſi neceſſe fuerit. Et poſt cū3 corp⁹ fuerit euacuatū p vomitū vtimur medicinis laxatis q̄ attrahūt fl'a ꝛ ſupfluitates miſcillagioſas. vt cucumer aſinin⁹ collo qn. ꝛ cētaur. ꝛ hmōi. Et aq̄ aloes mirabil' eſt ad h'. q̄m qñ frequēter accipit: facit diſſinteriam. ſ3 tñ añꝙ fiat curatur egritudo. ¶ Et ſis memor vt non vtaris medicina. ante vomitū in hac egritudine oīno q̄m multotiēs augmētat dolor ppt

attractionem materie inferius. vñ debes primo ꝓuocare vomitū post repletionē a cibis diuisiuis, quib⁹ preparantur humores ad vomitū. Et quando infirmus iam vsus fuerit vomitu sepe: tunc ꝓuoca vomitū mane cum medicinis leuibus. ⁊ debes interponere aliquot dies inter vtrāq; euacuationē vt quiescat corpus ⁊ preparet illud ad euacuationem: ⁊ maxime in fine egritudinis. quoniam tunc debes ponere spaciū inter duas euacuationes longius. quoniam tūc virtus est debilis. Et si fuerit virtus debilior adhuc longius spacium ponemus. et dabim⁹ cibaria multi nutrimenti pauce superfluitatis. sicut est panis candidus bene fermentatus ⁊ bene coct⁹ ⁊ vitella ouoꝝ. ⁊ carnes auium ⁊ vinum clarum temperatum in qualitatibus. quoniam ista egritudo est cronica. Et in dieb⁹ quietis da medicinas quas diximus in cura materie flegmatice. ⁊ eliges ex eis fortiores vel debiliores ſm fortitudinem vel debilitatem materie. Et caueas a cibis multa superflua generantibus ⁊ ab ebrietate. ⁊ sufferat famē quantum poterit. Sumat autem cibum in tanta quantitate ī qua minor fiat restauratio ꝙ facta fuerit perditio. ⁊ caueat ab ambulatione. balneo. ⁊ equitatōe ⁊ retentione vrine. ⁊ stercoris ne declinent superfluitates ad ancham. et inter duas euacuatiōes vtatur vomitu. Et quando intellexerimus. et sufficiēter vsi fuerimus medicinis laxatiuis: faciemus clisteria sang. educentia. ⁊ apponemus emplā cōburentia ⁊ ponemus eū in balneis ca. ⁊ ponemus ventosas sup anchā cum igne. ¶ Infirmitas enim hec est dolor fortis in longitudine pedis similis chorde extēse. ⁊ forte nō peruenit ad pedem. sed terminatur apud iuncturam anche. aut in medio cruris. aut ī genu. ⁊ fit ex repletione vene venientis ad vtrūq; pedem ex parte inferiori duaꝝ ꝑtium vene orient3 a gibbo epatis. Et forte erit repletio eius ex sang. grosso nigro. et fortasse erit ex hu. descendētibus ad inferiora corporis. primus autē modus accidit in corporibus multi sanguinis qñ vtuntur ambulatione ⁊ equitatione. ⁊ carnibus ⁊ vino. ⁊ alijs rebus dulcibus. ⁊ sentit infirmus calorem intensū cum extensione caloris. ⁊ forte sentit calorē in loco per quē extendit vena illa maiorē apud tactum. et h̄ erit quando multū repletur ista vena. quare reculcantur spiritus. ⁊ fit putrefactio. Et cura istius passiōis est minuere sanguinem ex vena anche vbicūq; apparuerit in parte sinistri cruris. Si autem non apparuerit: minue aliquē de ramis eius qui sunt super dorsum pedis in medietate extrinseca. s. in parte auricularis ⁊ medici digitoꝝ pedis qm̄ rami qui sunt in illa parte ramificātur ex vena ista. ¶ Illi autem qui sunt in parte intrinseca: ramificantur ex vena que dicitur sophena. et iste due vene scilꝫ sophene et anche ꝙuis ambe diuidant̄ ex eadē vena apud genu: tñ melius est minuere ex vena anche: aut ex eius ramis ꝙ ex sophena. imo melius est ꝙ ex vena que est in genu. ex qua ista vena ⁊ sophena diuiduntur. ⁊ propter h̄ medici vtūtur minutione isti⁹ vene per experientiam. ¶ Nos autē cōsideramus ⁊ experti sumus multotiens ⁊ inuenimus ipsum esse sicut diximus ⁊ laborauimus multū inueniendo rationem. ⁊ credimus ꝙ

iam inuenta est. sz nō est locus dicē di eā τ debem⁹ minuere ex ista vena post minutiōez ex basilica ex manu opposita pedi. τ marieq̄n corp⁹ fuerit plenū. τ post subtiliabim⁹ dietā τ ꝓhibebim⁹ motū τ eq̄tatōez. τ iste modus nō indiget alia cura. Scōs aūt modus est vt minuas ī p̄ncipio de eadē vena p⁹ da medicinas laxatiuas: q̄ attrahūt mel'iam. vt ē epithimū. polip. mirabol. idi. agar. τ hmōi τ abstinētia fit a cibis gn̄antib⁹ melancoliā: sicut est panis opirus non bn̄ fermētat⁹. τ panis ordeaceus. τ fabe. τ lentes. τ vaccine carnes τ salite. τ salsa. τ vinū spissum. τ caules. τ hmōi. Et ciba eū cū his que generant sanguinē subtilē sicut pulli et edi. τ vinū al. et vtar̄ balneo. vt minus generetur ex spisso sanguine.

¶ Tertius aūt modus raro cōtingit. τ eius signa sūt ista. sentit mortificationē. τ frigus in pede. τ alleuietur fame τ siti. τ motu. τ sudore. Grauar̄ cibo multo et nimia potatione aque τ vino limpbato. Et incipiemus curare cum vomitu cum medicina laxatiua que educit fl'a sicut diximus in cura banche. Et dabimus oximel τ in diebus quietis ꝓpinabim⁹ el'cia antiqua sicut yera rufini τ tyriacam q̄ttuor spēꝝ. aut leuiora istis. Et si remanserit aliq̄d ex egritudine cōburam⁹ cū igne. scz vna cōbustio fiat sup banche iūcturam. alia in coxa sup locū dolentez. τ altera ī crure sup locū dolētē. τ reliqua supra dorsum pedis. qd̄ q̄dā faciunt in digitis pedum subtus. Cause quibus fiunt dolores iūcturarum sunt q̄ttuor. p̄ma est augmētatio humorūz. τ scda est fortitudo membroꝝ p̄ncipaliū potentium expellere supflua. Tertia ē debilitas membroꝝ recipientiū. Scōa autez istarum cāꝝ triū. s. fortitudo membroꝝ ꝓhiberi non debet. sed dz cōseruari in sua dispōne. Tertia autē scz debilitas mēbroꝝ sili'r non debet curari, nisi post mundificationē corporis cū fueris securus ne supfluū decurrat ad aliqd̄ nobile membrū. τ hec est radix ꝯseruationis ad dolorē iuncturaꝝ. ¶ Dicam⁹ ḡ q̄ cōseruatio ab igne iuncturaꝝ ex sanguine cū abstinentia a carnibus et a vino. τ a reb⁹ dulcib⁹ τ cibis multi nutrimenti τ vsus aceti. τ lentiū τ agreste. Et componat cibaria sua ex his rebus sicut illud qd̄ fit ex aceto. τ lentibus τ croco. τ illud qd̄ fit ex carnibus vituli τ aceto. aut pullis cum agresta et sil'ibus. Et vtar̄ fructib⁹ vt malis gra. et prunis. Et dimittat ficus virides τ vuas dulces. Et si infirm⁹ non pōt abstinere a carnib⁹: dabim⁹ ei ex eis eas q̄ minus nutriūt. sicut galline τ ꝑdices. τ edi coctas in aceto. Et si voluerit vinū bibere: bibat paꝝ τ tēꝑatum. qd̄ non fit nimis forte nec nimis antiquum. Et si bibit aliquando forte vinum: bibat postea succuz agreste vel acumen pomi citrini: vel aquā mellis cum aqua ro. Et caueat saturationem. τ si acciderit: euomat statim. τ hoc erit ei⁹ dieta in cibo τ potu. sed in somnijs τ vigilijs motu τ quiete debet esse mediocris. Sanguis enim multiplicatur ex multo somno τ nimia quiete. et acuitur τ calefit ex multitudīe exercitij. Quapropter non debet vti aliquib⁹ istorum. Coitus autem est pessimus oībus patientibus in iuncturis. Et si aliquando acciderit: fit ante cibum τ potum. τ caueat a balneo. Et consideremus quotidie pulsum τ colorem corporis et faciei. Et si viderimus signum augmentationis san

guinis ꝓpter multū cibum minuemus ex eo. Et si fuerit propter qualitatem cibi: mutabimus eū ad aliū cibum. Et si fuerit ex multo somno ꝛ quiete: reuocabimus eum ad motum ꝛ vigilias. Cum autem adhibuerimus istam considerationem ꝛ fuerit obediens nō congregabunt in corpore eius superflua. Et si superuenerit accessio alia: debem⁹ considerare in temporibus accessionis: ꝛ si viderimus signa repletionis minuemus si signa fuerit fortia. si aūt signa fuerint pauca ꝛ debilia nō minuemus. Si accessio venerit cito minuemus ꝛ confortabimus membrum ꝛ dabimus infirmo inspissantia sanguinem. et etiam ꝓhibentia eius cursuȝ: vt accessio cito recedat ꝛ fiat leuis. Et ego curaui quēdam hominem ex passione iuncturarum calida cui solebat accessio venire fortis in fine veris. ꝛ preseruaui eū ab accessione trib⁹ annis. In anno āt q̄rto ꝯtigit euȝ aggredi iter ꝗ nō potuit cauere sibi a ꝯ̄rijs et postea vidi ip̄m et dixi ei ꝙ si non minueret sibi: veniret sibi accessio. Ip̄e vō credebat se esse sanū ab egritudine ꝛ ideo non curauit. post auteȝ dies paucos sensit dolorē paruum in nocte in genu: qd̄ non curauit: ſȝ vinū bibit. Cum peruenit in nocte: arripuit eum dolor fortis. ꝛ mane ego veniens extraxi de sanguine librā mediam. ꝛ permisi sic duabus horis ꝛ posui desuper sand. ru. ꝛ acetum ꝛ aquam ro. Et extraxi de sanguīe iterum libram mediā postea addidi cum eodē emplastro balaustiam ꝛ nocte illa cessauit pro maiori pte. Et alia die extraxi de sanguine libram mediā. ꝛ omnino cessauit dolor. Et multotiens similibus illi accidit istud. ¶ In preseruatione āt doloris ex co. debemus prius considerare vitiū humoris si est seruans qualitatem co. naturalis. aut si est magis acutus ꝛ vehementioris q̄litatis. Si autem signa que apparuerint: sint signa apostematis co. proprie. scias ꝙ istud superfluum colericum est naturale. Et si in iunctura fuerit magnus dolor ꝛ calor fortis ꝛ non apparuerit corpus apostematis. scias ꝙ istud superfluum est vehementioris caliditatis ꝙ̄ caliditas co. naturał. Unde dixerūt quidam medici ꝙ quidam modus doloris iuncturarum est ex malicia cōplexionis tm̄ sine materia. Uñ nos fecimus librum prolixum. ꝛ adhuc facimus inquirendo istas q̄ōnes. ¶ Dico ꝙ in tali loco debemus vti euacuatione ꝛ alterare complexionem. Sed in prima dispositione debemus magis euacuare ꝙ̄ in scd̄a. ꝛ in dispōne scd̄a debem⁹ magis alterare ꝙ̄ in p̄ma. Qñ aūt nos sciuerimus ꝙ materia descendit in iuncturis: euacuabimus co. maxime in dispōne sanitatis ꝓpt̄ accessionē. ꝛ cauebim⁹ ab eis q̄ gn̄ant co. sicut a rebus dulcib⁹ ꝛ grossis. sicut ē vinū coctū. mel ꝛ ȝucc̄. butyꝝ ꝛ oleum. nuces. ꝛ filia. Et gn̄alr̄ sit ei⁹ dieta quā dixim⁹ in passione iūcturaꝝ ex san. sed magis humida. Et vtemur aq̄ ordei. cucur. cucu. portuł. ꝛ pmittemus eū ī reb⁹ acrib⁹. ꝙ̄uis eīm acria deſiccēt: tm̄ furiositatē co. rep̄mūt ꝛ mortificāt ei⁹ acumē. ꝛ vtat̄ balneo dulci magis ꝙ̄ in dolore ex san. Et aspiciem⁹ q̄tidie ei⁹ pulsuȝ ꝛ vrinā ꝛ si viderim⁹ siḡ co. dabim⁹ medicinā. ¶ Si autem materia superflua est acuta ꝛ corpus fuerit macrum: non vtemur euacuatione prius nisi ītellexerimus ꝙ humor ille cum malicia eius est multus. ꝛ hoc declarabi-

tur ex dispositione eius.s.iuncture: Quoniam quando apparuit aposte ma: significatur ꝙ humor operans non est multus. ⁊ ecōtrario. Sit āt eius cibus aqua ordei cum viscositate psillij. ⁊ dabis ei aquā cum vino ⁊ ablue membrum cū aqua dulci tep̄. ⁊ in ea ītrare permittat post comestionem et comedat parum in die. sed sepe. et dormiat multum: et non laboret omnino: sꝫ sit in quiete ⁊ vtetur aliquādo | euacuatione co. pure et quotidie pone emplastrum frigidum super epar. Et dabimus bibere aquam de sandal'. ⁊ vuam caninam. Et cum cessauerit acumen ⁊ dolor: dabimus plus de cibo ⁊ vinū limphatum. ⁊ dietabimus dieta illius qui vult impinguari. Et cū corpus eius fuerit pingue ⁊ susceperit carnem: tūc sanus erit. Si materia fuerit fl'atica: caueat a cibis multe superfluitatis sicut carnibus arietinis. ouinis. ⁊ vino nouo. et lacte. et piscibus. fructib⁹ humidis. Et sufficiant eis res assate. ⁊ carnes auium que sunt parue superfluitatis. ⁊ vtamur salsis subtilibus digestionem iuuantibus. s. que fiunt ex carui. cimino. origano. ⁊ ancto. et sinapi. et huiusmodi. Et vtat electuarijs, ca. ⁊ vino antiquo pauco. Et caueat a repletione cibi ⁊ potus. Et si aliqñ comedat multum: ꝓuocet vomitū ⁊ sudet in balneo multū ante cibū. et nō comedat p⁹ motū stati. sꝫ parū postea et fricentur ei⁹ iūcture ī balneo fricatione forti cū nitro: ⁊ nō dormiat die oīo: sꝫ dormiat tota nocte qm̄ si vigilauerit de nocte: corrumpetur digestio | ⁊ multiplicabuntur superflua. Et cuꝫ intellexerim⁹ ꝙ in corpore multiplicantur superflua: dabimus medicinam extrahētem eā s̄m necessitateꝫ ⁊ incipe ꝓpe tempus accessionis. Et nulla medicina in conseruatione a dolore iuncturarum est ita iuuatiua sicut prouocatio vrine. Et medicine quas debemus dare ad remouēdam istā passioneꝫ sunt yera ruffi. ⁊ tyriaca quattuor specierum et huiusmodi. quoniam iste medicine sepe abstulerunt hanc passionem hominibus qui eas sepe tolerare voluerunt. Et generalit' dico ꝙ omnes maneries euacuationis vt vomitus. minutio potio laxatiua. ꝓuocatio vrine. sudor. quando fiunt suo loco: auferūt dolorem omnino: nisi infirmus cuꝫ hoc fuerit vsus repletione cibi ⁊ potus. quoniam si membra fuerint vacua ⁊ venter fuerit plenus attrahūt superfluitates magis ꝙ̄ solēt attrahere. ℂ Quapropter p̄cipit Gal. ꝙ nullus medicorū suscipet aliquē istorū qui patiunt' in iuncturis ī curam: nisi sit sapiēs ⁊ obediēs medico. Sed si aliqñ ꝯtingit suscipe aliquē volētiū obedire. eorū medicina melior est vomit⁹. p istū em̄ euacuatur fl'a et ꝯsumit'. Sed tñ nō debes frequēter vti eo ne stomachus debilitet'. Et sil'r da medicinā ꝓuocantē fl'a fortiter ⁊ spēs fl'a purgātes. Si infirm⁹ nō pōt sustinere a vino ⁊ cibus eius nō bñ digerat' absq; eo: cōponem⁹ vinū ex passis ⁊ melle ⁊ se. apij. ℂ Dixit em̄ Gal'. ꝙ ista potio valet nimis passionib⁹ iuncturarū. Et qui solet pati ī iūcturis qñ parū humoris ī eo augmētat': dꝫ vti euacuatiōe in dieb⁹ quiet | ⁊ fricare iuncturas cū sale ⁊ oleo forti fricatiōe. hoc em̄ ē valde vtile vt iuncture nō recipiāt sup̄fluitates. ⁊ in dissoluendo qd̄ est in eis fluxū. Et si remāserit in eis aliquid post egritudinem mutabimus eum a villa in qua iacet ad aliam villam calidiorem.

Et caue q̄ si alicui feceris cauteriū ⁊ ꝓhibueris membrum ne recipiat sup̄fluū: euacua corpus paulatim ⁊ paulatim ne superfluitas q̄ solebat currere ad illud mēbrū: reuertatur ad aliqđ mēbrū nobile. ¶ Ego em̄ vidi plures hoīm mori subito eo q̄ nō fuerūt vsi euacuatiōe post cauterizationē. Curatio āt illius iuncture eadē est cū curatiōe aliaꝝ iuncturarū. Sed vomitu in ista magis debes vti. ⁊ potiōes laxatiue debent esse fortiores ⁊ cauere a coitu. equitatiōe. ambulatiōe. ⁊ maxime ꝓpe tp̄s accessiōis. ⁊ q̄ nō dormiat eger sup̄ lesam ancham. ¶ Modus aūt sciatice qui ꝯtingit ex repl'one sanguinis dꝫ curari sicut curaꝛ passio iuncturaꝝ ex sanguie. ⁊ etiā magis qꝛ non dꝫ ambulare nec onus magnū ferre. nec erigere a terra lapidē ¶ Modus autē qui ꝯtingit ex humiditate ad venā illā veniente: debet curari sicut curaꝛ passio iuncturarū ex fl'e. Medicamen nobile q̄ sumat eger nec dimittat die vna in oībus diebus anni excepto mense iulij ⁊ iunij. ⁊ excepta medietate mēsis augusti. ⁊ sumat ex eo aur̄. j. cum ij. ℥. aque mellis postq̄ mane assellauerit. Et si aliqua die nō assellauerit: non sumat medicinā donec assellauerit p̄ clistere vel p̄ aliqđ tale. et non comedat post medicinā p̄. decē horas. ⁊ debes eum custodire sicut diximus in passionib⁹ iuncturarū ex fl'e. ℞. camedreos. cētaur̄. mi. an̄. ʒ. ix. aristol'. ʒ. vij. genci. ʒ. vj. petro. ʒ. iiij. spice nar. spice romane an̄. ʒ. j. agarici. ʒ. ij. ꝯgregenꝛ cum melle. ¶ Al'. nobile exp̄tuꝫ. ℞. se. apij. ʒ. x. petro. ⁊ rubee tinctorꝝ an̄. ʒ. xv. asari. aristol'. rotun. radicis capparis. genci. an̄. ʒ. x. agar̄. ⁊ ꝫirungen. ana ʒ. v. iuniperi, cinamomi, an̄. ʒ. ix. cōgregenꝛ ⁊ sumat quotidie p̄ totam hyemē aur̄. j. ⁊ dimittat in estate. h̄ em̄ melius est in istis medicinis. et p̄fectius. ¶ Medicamē dyathessaron exp̄tum. ℞. camedreos. camepiteos. genci. se. rute an̄. sumat quotidie p̄ hyemē aur̄. j. ⁊ dimittat ī estate. ¶ Al'. qđ aufert dolorē iuncturarum. ℞. reub. pyonie. mente. spice nar. folij. ana. ℥. j. gariof. grana. xv. aristol'. genci. an̄. ʒ. xxx. quotidie sumat aur̄. j. post digōnem cibi. ⁊ debet incipere in equinoctio autūnali ⁊ sumere p̄ q̄nquaginta dies. ⁊ iteꝝ dimittat p̄. xv. tādiu sic interponendo. xv. ⁊ sumēdo. l. donec sumat. ccc. lv. vicibus. ⁊ dimittat accipe a medietate iunij ⁊ p̄ totū iuliū ⁊ medietatem augusti: et non comedat nisi post. ix. horas. ¶ Oleum vulpis. ¶ Cura que fit ex oleo vulpis quo vtunꝛ in passione iuncturaꝝ: sic fit. accipiaꝛ caro vulpis ⁊ ponaꝛ in caldario magno pleno aqua. ⁊ appone sal. ⁊ anetū. ⁊ bulliat donec caro dissoluaꝛ. ⁊ solū modo ossa remaneant in aqua. ⁊ aqua illa ponaꝛ in tina et intret eger. ⁊ moreꝛ ī ea p̄. ij. horas. postea exeat. ⁊ ī meridie eādē aquā intret sicut p̄us. et in nocte sil'r. ⁊ sic istud fiat in p̄ncipio mensis. iij. diebus ⁊ in fine sil'r. iij. diebus. ¶ Unguētū ad dolorē iuncturaꝝ quo debes vti p̄ totā hyemē. ℞. salisgem. aluminis. tartari. an̄. ꝯfice cuꝫ oleo antiquo. ¶ Al'. alumē. sal. ol'm antiquum. al'. Sal. nitrū. ol'm antiquum Et si loc⁹ ampullauerit melius est.

¶ Emperica.



Quāuis ego ꝺclino ad has res paꝝ: tn̄ est bonum scribere in libro nr̄o vt nō remaneat tractat⁹ sine eis q̄ dixert antiq̄. Dico g̊ q̄ dixit torror Si scinderis pedē rane viridis ⁊ li

gauer3 supra pedē podagrici p tres dies curat ita q dextrū pedē rane ponas supra dextrū pedē patientis ⁊ ecōuerso. Et dixit Funeius q̄ cō-posuit librum de lapidibus q magnes si ligatus fuerit in pede podagrici curatur. Et alius phs ꝑdixit. Si accipiat calcaneus asine ⁊ ponatur ligatus supra pedem egri: curatur. ita q dexter supra dextrum. et econuerso. et iurauit q sit verum. Et dixit torror q si ponatur pes testudinis dexter supra dextrum pedem podagrici. ⁊ econuerso. curat.

¶ Modus cauterizandi bancbā.

Accipiatur ventosa cui⁹ caput sit ad mensuram vnius palmi ⁊ accendat cum igne ⁊ sit figura amplitudinis ad mēsurā bancbe. ⁊ claudat os angustum bene ⁊ ponat super ancbā. ⁊ statim adberebit. ⁊ sic pmittat duabus horis. ⁊ post remoueat ⁊ abluat locus ⁊ iterum superponat donec vesicet. Hancba cauterizat multis modis. s3 leuior est iste. accipiat instrumē-tum ad modum coclearij ferrei. ⁊ sit dyametrū eius sicut medietas pal-mi. et fiant in circuitu eius. v. emi-nentie ad formam ossium dactiloꝝ. ⁊ mittat in ignē donec rubeat. deinde ponatur super pixidē bancbe ⁊ eger iaceat super latus sanum et cauterizetur. v. cauterijs vna positione instrumenti. postea ponātur emplastra de butyro vt vulnera p-maneant aperta donec venenositas tota exierit. ⁊ cum volueris cauterizare debes egru3 ponere tali mō q acumē bancbe apparere possit. deinde fac super eum circulu3. et post cauterizabis. ¶ Emplastrū valens podagre dolorē sedat. somnū puocat. ℞. amidi. ℥. x. sandali ru. ℥. v. acacie. ℥. iiij. mirrbe. croci. opij. aloe aā. ℥. j. mole ⁊ pfice cū aqua vue canine vel plātag. ⁊ mitte aliquas guttas olei ro. ⁊ vtere a pncipio egritudis ¶ Al: expertum ad podagram ca. ⁊ ad fortem dolorē ⁊ ad apostemata sanguinea repellit materiam. pfortat locū. sedat dolorē. ℞. se. nasturcij. farine ordei. psilij. mice panis bene fermentati candidissimi. aque ro. aā. pfice cum succo plantag nis vel portul. ⁊ mitte oleū ro. cū albu. oui. ⁊ pone desuper quando incepit quiescere dolor: adde quartam vitelli oui ⁊ parum croci. Item si dolor fuerit vebemens ⁊ difficilis quē impossibile sit tolerare: tunc conueniunt res stupefaciētes sicut lactuca ⁊ lac papaueris ⁊ coriandrū bumidum ⁊ mandrag. ⁊ misceat vnū-quodq3 cum farina ordei ⁊ olo ro. ⁊ ponantur supra locum ⁊ morentur ibi donec sedetur dolor superfluus Nam si diu morarentur: nocumētū inferrēt. Et si boc accidat: tūc velet insistere cum emplastro ex fellibus dissolutis cum oleo camo. boc enim acquirit iuuamentū maximū ⁊ maturat ⁊ facit redire calorem innatū ad membra que infrigidata sūt ex vsu medicinarum stupefacientium ⁊ istud sepe pbaui ⁊ expertū inueni Item caules triti ⁊ positi sup iuncturas lesas ex fīc pferunt iuuamē-tum magnum. Item lana īmunda ī oleo rutaceo aut oleo de alcāna intincta ⁊ superposita valet. ⁊ misceatur nitrum ⁊ acetum ⁊ piretrum et ponantur super locum istud expertissimum est. ¶ Emplastrum mirabile ad vebementiā doloris. ℞. rob de musco aque plantag. viscositatē

malueuisci.albu.oui.añ.ʒ.ij. cõfice ꝛ mitte semen citonioꝝ.farinam fabarum ꝛ farinam ordei añ.ʒ.x. acacie.lapidis arme. sandali.ci.memithe.aloe cicotrini.añ.aur.j. aggrega totum ꝛ mitte cere ꝛ olei ro. ana ʒ.ß.cõmisce ꝛ vtere. Et cũ cessauerit dolor:adde olibani ꝛ myrrhe ana aur.j.ꝛ duo vitella ouorũ. ℭ Emplastrum formicaꝝ ad dolorem podagre ca.ꝛ multotiens ꝓbaui ipsuȝ ꝛ inueni mirabile. Accipe de terra formicaꝝ a loco limpido.ʒ.iij.farine ordei.ʒ.j.folij ro.ʒ.ß.farine fabarũ.ʒ.ß.malue.mandrag.añ.ʒ.ß. coq̃ maluam ꝛ mandrag.in.iij. lb. aque vsq; ad medietatem.ꝛ cola ꝛ cõfice reliquas medicinas puluerizatas. postea mitte in mortario ꝛ cõmisce in eo tria albu.ꝛ duo vitella ꝛ.ʒ.iij. croci.pista totum bene ꝛ superpone ꝛ non est necessarium aliud empl'm nec alia cura. ℭ Empl'm d' cera qd' confortat membrum ꝛ sedat dolorẽ ꝛ debes eo vti cuȝ vehementissim⁹ erit dolor. ℞.cere mollite ꝛ resolute.ʒ.j.amidi de ordeo facti cũ aqua ro.vel cum aqua iuiuba.ʒ.ß. misce totum ꝛ mitte in mortario et pista bene ꝛ remolli cum albu.oui. fac cerotum et appone. ℭ Emplastrum psilij qd' prodest calori ꝛ dolori podagre.ꝛ debes eo vti ĩ corporibus ca.ꝛ tempore ca. Mitte psillium in caldario ꝛ cooperi aqua ꝛ decoque diu.postea repone in mortario. et pone micas panis remollitas ĩ aceto mixtas cum aqua ro.ꝛ congrega ꝛ misce cum paruo oleo ꝛ vtere.

ℭ Emplastrnm bonum mirabile quo potes vti a ꝑncipio egritudis vsq; ad fineȝ.ꝛ valet nimis. Accipe fabas cum corticib⁹ suis ꝛ iuiubas coque in aqua ꝛ postea cola ꝛ aquã reponas ĩ caldario nouo.postea accipe semen malueuisci.se.citonioꝝ. se.lactu.se. papaueris al.ana.ʒ.xv. se.plantag. ꝛ feniculi ꝛ aneti. folia ro.se.caul'.mandrag.sandali ci. añ. ʒ.j.coque totum in aqua plantag. ita ꝙ cooꝑiant medicine donec remaneat medietas.cola ꝛ misce tm̃dem olei ro. coque quousq; consumat aqua ꝛ remaneat oleũ. postea pondera oleum ꝛ cuilibet ponderi ʒ.iij. appone.ʒ.iij. cere albe.ꝛ.iij.ʒ. de sepo de renibus vituli.misce totum ꝛ vtere ex eo cum opus fuerit. Et si podagra fuerit ex frigida cã: pone myrrhe.croci.añ.ʒ.j.ꝛ.ß. ꝛ cuilibet põderi.iij.ʒ. Et si fuerit de ca. cã appone acacie.opij.ana.ʒ.j.ẽ em̃ mirabile. Et si volueris apponere opium:appone quartam.ʒ. camph'. Et si volueris soluere duriciem: appone de eodem emplastro simpliciter.ij.ʒ.ꝛ de pinguedine aquile.ʒ.j. bdellij dissoluti in lacte vel rob de musco.ʒ.j.misce ꝛ pone sup duriciẽ. ℭ Unguentum valens ad podagrã calidam vel frigidam vel duriciem ꝛ apostemata dura. Accipe. vij. vespertiliones ꝛ pone in caldario ꝛ cooperi cum aqua plu.ꝛ coque vsq; ad medietatem.et postea cola ꝛ pone tm̃dem olei ro.ꝛ frusta salicis et coque ad ꝯsumptionem olei ꝛ vtere in passionibus frigidis adde medicinas ca.ꝛ ecõuerso. Scias ꝙ istud vnguentum valet in calidis causis ꝛ frigidis nõ ex qualitate sua: sȝ ex quadã virtute occulta. ℭ Empl'm de seminibus valens in calidis causis. ℞.se.papaueris al.se.cucur.se. aneti.se.lini.se.malueuisci.ana.ʒ.j. ꝛ.ß.ꝛ coque totum cum media libra aq̃ vsq; ad medietatẽ.deinde cola ꝛ appone oleum antiquũ si sit hyems

si estas: oleum ro. fm pondus aque. deinde coquantur ad ignem donec consumatur aqua et remaneat oleū. et deinde coletur et misce ceram al. et pinguedinē renum vituli tertiam partem. et cuilibet. ℥. pone. ʒ. j. acacie et. ʒ. j. aloes. et. ʒ. j. croci. cōfice. Et qñ volueris uti in podagra calida. accipe aquā et mitte in ea et. ʒ. j. conche pulverizate lapidis arme. ℥. j. farine ordei. ℥. j. se. bismalue. ℥. j. et duo oua cere aur. j. et. ß. cum aqua ro. cōficiantur et terantur. Et dixit mihi quidā monachus qd cū quidā socius suus esset podagricus et fuisset multo tē pore in cura eius: vidit in somnis Gal. qui dixit ei accipe colloquin. et pulveriza cum bdellio et cōfice cum aqua caulium et maiorane. et pone desuper tēp. Qui altera die idem fecit et curatus est a podagra frigida. Aqua ex qua abluit membrū podagricum ex frigida ca. accipe folia filicis et medietatem zirunge. et fabarum et lupinorū añ. plenam manum cum aqua coque. et intinge pannum et membrum ablue.

Dyalzilon.

Dyalzilon valēs apostemati duro et podagre. Accipe psillij. xx. aur. iusquiami al. x. aur. se. cucur. se. papaueris al. añ. x. aur. misce cū aqua ca. et maneat in ea vna die et nocte. postea accipe eius spumam ī mane et coque cum oleo et litargiro et bdellio añ. x. aur. et de oleo quātum sufficit. coq̄ vsq₃ fiat dyalzilon. Emplastra ad apostemata dura et mollicia et flica et ad nodos podagre et spasmū qui contingit in iuncturis dissoluit nodos, et remouet spasmum. ℞. bdellij. ʒ. xxx. in olla terrea et cooperi cum aceti. ʒ. j. et. ℥. j. rob. pmitte donec remolliat. deinde mitte. ℥. ß, mellis. pista donec fiat sicut medulla. et tunc adde olib. oppop. amoniaci myrrhe añ. aur. j. postea mitte in mortario. postea misce olei camo. ℥. iij. olei antiqui. ℥. j. pinguedinis galline vel anseris. ℥. j. pinguedinis aqle. ℥. j. pinguedinis vituli. ℥. ij. cōfice et vtere.

Experimenta ex libro experimētorū Gal. experta. et dicit amoniacū valere ɔtra dolorē iūcturarū ex hu. grosso et curare. Experimentū pbatū qd laxat hu. viscosos. et est optimū ɔtra sciaticam. et est de experimentis vrcani romani. ℞. saturèie. masticis. radicis yris. amoniaci. succi sticados. et zirungen. añ. ʒ. j. agarici. turbith. añ. ʒ. iiij. cōficiant cum succo feniculi. fac pillulas et da fm virtutē. Et ē centaurea valde vtil.

Medicamen centauree valēs ad podagram et ad oēs passiones iuncturarū. cui non est simile. puocat enī vrinam et laxat humores diuersos. sedat dolorē. aperit oppilationes. et est optimū ad lapidem. liquefacit flegma. mundificat superflua a pectore et pulmone. et hoc medicamē dedit zorion de scripturis zenō qd composuerat pversus. ℞. centaurij. mi. aur. c. zirungen aur. x. anisi. apij. feniculi. añ. aur. vj. olibani. gariof. añ. aur. j. agari. radicis lilij celestis ana. aur. j. cubebe. galbani. amoniaci. castorei. trium piperum. spice romane. añ. aur. xx. spice nar. turbith ana aur. xxx. aloes. cicotrini. aur. xvij. carpobal. xilobal. squille assate añ. aur. xvj. masticis. croci. añ. aur. x. scamonee. aur. viij. pulverizentur et conficiantur cum melle et submittantur in ordeo per. vj menses. et dentur ex eo. ʒ. iiij. Et hoc medicamē est de maximis medicinis quas habebat Zenon athenienfis.

¶ Medicamē amatoris regis valꝫ ad podagrā ꝛ dolorē iūcturarum ex flegmate viscoso quo destruit̄ mot⁹ ꝛ valet ad repletionē et debilitatem neruoꝝ. ꝛ est optimū mulieribus in quibus abūdant supfluitates fleg-matice. ꝛ etiā valet ad lapidē. Et generaliter dico ꝙ cōpositio buius electuarij per adiuuamē diuiuū est: qđ infinitis vicibus ꝓbaui: ꝛ a me non sepaui: nec in ciuitatib⁹: nec in vijs. ℞. radicꝫ lilij celestis aur̄. xx. galbani. aur̄. vj. amoniaci aur̄. x. ꝛ. ʒ. ij. ellebori aur̄. vj. aristol. lō. aur̄. v. aristolog. ro. aur̄. xx. liquir̄. aur̄. x. turbitb aur̄. vj. sticados aur̄. viij. satureie. cētaur̄. mi. an̄. aur̄. viij. ꝛ ß. squinanti. aur̄. viij. croci aur̄. j. meu. aur̄. vj. fu. aur̄. iiij. gasitb. aur̄. j. cupa. aur̄. xvj. zirungen. aur̄. xxxviij. xilob. carpob. an̄. aur̄. viij. agar. aur̄. xxx. olib. aur̄. ij. camep̄. aur̄. xvj. cameđ. aur̄. ij. masticis aur̄. vj. anisi. asari. granorum iuniperi. an̄. aur̄. v. spatane. ysopi. an̄. aur̄. v. barmel. cimini. agrestis. maiorane. sq̄lle assate. an̄. aur̄. viij. serap̄. aloes cicotri. an̄. aur̄. v. costi. genciane. an̄. aur̄. iij. origa. aur̄. xij. nasturtij. calami aro. an̄. aur̄. iiij. cōfice cū melle ꝛ submittant̄ in ordeo per. vij. menses. ꝛ detur quasi auel̄. cū aqua ca. decoc. satureie ꝛ duaruꝫ aristol̄.

¶ Oleum benedictum.

¶ Oleum benedictū. Acc̄. oleū antiquū ꝛ lateres rubeos quos nō tetigit aqua: nouos. s. ꝛ frange illos per frusta minima ad pōdus. j. ʒ. ꝛ accende in igne donec rubicūdissimi fiāt. postea quodlibet frustū ꝑ se sigillatim submerge in oleo. deinde conquassa. ꝛ ex eis ꝯquassatis imple vasa vitrea q̄ possint sustīere ignis fortitudinē. deinde claude cū luto ꝛ suspende sub furno sicut suspēdit̄ vas olei ro. nibil autem debet esse inter ipsa ꝛ ignē. Et cum desiccatū fuerit lutū: mitte suꝑ vasa illa ignē suauiter ꝛ paulatim. Et q̄to magis calefacta fuerint illa vasa tāto magis vigora ignē donec videas oleū fluere valde rubeū Et caue ne ignis tāgat oleū: quia postea nō extingueretur: sed semꝑ cōtinua igneꝫ donec cesset oleū fluere. ꝛ tūc ꝑmitte donec infrigidet̄ furn⁹. postea extrabe feces de vasis. ꝛ appone alios lateres si vasa sint sana. si nō: accipe alia: ꝛ sic facias donec babeas oleuꝫ sufficienter. Qđ repones in vase stricti orificij ꝛ claudas illud. boc oleū est de secretꝫ pħoꝝ. valet sicut oleū balsami. sꝫ est subtilius ꝛ clari⁹ ꝛ maioris vtilitatis in egritudinib⁹ frigidis. ꝑforat ei malū cito. ꝛ expādit̄ spacio lato vꝫ lapidi ꝛ egritudinib⁹ vesice ꝓuocat vrinam. Ualet doloribus frigidis ꝛ passionibus auriū frigidis: ꝛ interficit vermes in eis. Ualet paralisi ꝛ torture oris inūctū aut bibitū. Ualet sciatice ꝛ dolori iūcturarū ꝛ dorsi. factū empl̄ꝫ ex eo ꝛ amoniaco: dissoluit ap̄a splenis ꝛ duritiē ei⁹ citissime. ꝛ apata dura oīa. Et iniectū naribus vꝫ epil̄ie. vꝫ oppilatiōi nariū. calefacit cerebrū. vꝫ obliuioni. sedat dol̄. dentiū ꝛ iniectū in m̄rice: ꝓuocat. M. ꝛ educit embrionē siue viuū siue mortuū. aperit orificia venarū. dissoluit sanguinē congelatū. Et ex eo aliq̄ue gutte posite in oleo ros̄. et bibite purgāt pulmonē ab būorib⁹ grossis. Ualet anbelosis. ꝛ est mirabilis aque descēdēti ad oculū. valet venēis frigidis. morsui scorp̄. ꝛ bis qui sumpserūt per os opiū vel iusq̄amū. ꝛ si piscatores vnxerint ex eo retia sua: multitudinē pisciū cōgregabunt. Melius est quod est valde ru. fortis odoris. subtilis substātie. et si ferrum intingat̄ in eo et approxi-

metur igni: accendat statim. Et ista sunt que volui dicere in dolore iunctuarũ. Benedicta de cõgenijs. ℞. turbith. ʒ. j. zuccare. ʒ. xviij. cinamo. spice. folij. pulegij. satureie. polip. saxifrage. bermod. añ. ʒ. iiij. gariofil. zinz. menalop. macrop. cardamomi: amomi. se. apij. sal gem. ro. añ. ʒ. ij. seamo. cocte. ʒ. ij. M. quãtuz sufficit.

¶ De cancro.



Cancer est vulnus siue solutio cõtinuitatis ex apostemate melico non bene curato derelictũ. Nam ex apãte quolibz non bñ discusso vel mũdificato vel male cicatrizato ꝛ clauso sepi⁹ solet cãcer innasci. aut fistula aut herpes estiomen⁹. aut herisipila. si ex duris ꝛ longis fistula. si ex calidis ꝛ acutis combustis: cãcer. Cruda enim materia diu calori ꝛ digestioni resistẽdo: facit longũ fluxum ad locuz q̃ est vnica causa fistule. Unde Ypo. circũ fluẽtia vlcera lõga cõsuetudine. malum. acuta eñ materia facile incenditur. vnde in venenosam ꝛ corrosiuam transit substãtiã ꝛ naturã. Uñ Johãnitius. colera adusta in modũ veneni vrit. ꝛ habet in se impetum ꝛ perniciẽ ꝛ pniciosam naturã ex q̃ facile partis fit corrosio. Que si lenta est cum nigredine vl multo liuore ꝛ carnis duricie ꝛ callositate ꝓculdubio cãcer est. Si ṽo festina ꝛ ipetuosa largaqꝫ est corrosio cũ sanguinolento ꝛ incẽsiuo rubore vt videatur locus ardere: profecto herpetis sortietur appellationẽ. Et a mento supra. noli me tangere dicit. ꝛ a mẽto inferius lupus. Et a quibusdam vocatur morbus sancti marcialis. vel sancti antonij: quia hi duo specialit sancti talibus solent subuenire. ab alijs ṽo ignis infernalis nomĩatur Tam eñ lupus q̃ hic morbus ignitus spẽs sunt herpetis. Aliqñ autez apostema melicũ aut vlcus vocatur cancer ꝑpter intẽsionẽ suam. Aliqñ aũt apostema melicũ cum vlcere. fit eñ ex melia innaturali. i. eo. combusta ignita. ꝛ ideo facit corrosionẽ. et differt a scliros: quia scirosis fit ex melia naturali. Cognoscit autẽ cancer per mẽbri corrosionẽ latã nõ faciẽtem foramina: sed carne mortua repletam: ꝛ per colorẽ liuidũ vl terreum in circũferentia. fit autez qñqꝫ vitio iterioꝝ. quãdoqꝫ exterioꝝ. Interioꝝ: vt hu. corruptis expulsis ad aliquam partẽ corporis. ab exterioribus: vt ex vulnere nõ bene curato. Omne eñ vuln⁹ postq̃. iiij. vel quinqꝫ mẽses transierit incuratũ: in cancrũ vel fistulã transit. Et ex hoc habetur q̃ cancer qñqꝫ est recẽs. qñqꝫ inueteratus. ꝛ ẽm hoc variat cura. Item aliqñ est in carnosis locis. aliquãdo in neruosis vl ossuossis locis: vt in anteriorib⁹ tibiarũ. ꝛ tunc est incurabilis. Si est inueteratus ꝛ inossatus: nõ curatur nisi incisione vl ossis rasura vel cõbustione: precipue si talis ĩter neruos sit aut locis abscõditis: siue intra corpus: siue in iunturalibus: aut alijs locis neruis iutruncatis: precipue intra corpus. aut eñ violentiã medicinarũ. aut inscisionẽ ꝛ combustionẽ pati nõ possunt. aut sanguis infect⁹ cuz curato cancro non habẽs viã qua perforet ad exitũ: redit sup principalia ꝛ inficit. ypo. Quibuscũqꝫ abscyditi cãcri fiũt: nõ curare meli⁹ ẽ. curati eñ citius pereũt nõ curati multos dies pficiũt: q꞉ in carne simplici existẽs cũ omni infectione poterit ãputari. Añ igit oẽm curã manifesto q̃ cancer ꝛ fistula ꝛ herpes cuiusqꝫ speciei sit si est inueterata nullis cedit medi

caminibus sine cyrurgia. Sed pro- fiteor cũ cyrurgia adhuc fore in pé- dulo sub fortũe casu lubrico. Dũ vo recẽs est passio: medicine h3 tolerã- tiam ⁊ spei beneficiũ. In nouo igit cancro ꝙ intelligo satis dicẽdũ esse vsq3 ad tẽpus triũ mẽsium. pmo pre cedat purgatio generalis cũ cõpetẽ ti medicĩa. precedẽte ꝓprie materie diuisione ꝭm ꝙ pcessit morbus san- guineus vel coleric⁹. Digerat mate ria cũ tribus partib⁹ oxizacare ⁊ q̃r ta oximellis. Uel cũ syrupo q̇ fit de herbis frigidis ⁊ sene ⁊ epithimo vl' operãtibus circa melẽam adustã. Et si materia est multũ dura melẽca: di uidat cũ oximelle squil'. ⁊ apozima- te diuretico forti. Cõueniẽter aute3 dicimus purgare cũ catartico impe riali: q3 purgat vtranq3 co. Uel dat yeral'. in melẽa. Tertio die fiat stu- pha de herbis frigidis ⁊ quibusda3 calidis. Et exeũti dent tres partes rubee tro. ⁊ quartã tyriace maioris cũ vino bñ limphato. Sequenti die fiat flebothomia de epatica vel aliq̃ aliarũ ꝭm positionẽ materie. deinde fiat detractio per vẽtosas circa fon tes maiores: ⁊ tũc demũ localia ad- bibeant. Si igit precessit colere col lectio corrosiue: pmũ locale hoc fit. Succus arnoglosse q̇nq3neruie ver micularis. consolide mi. poligoñ. i. centinodij. albumẽ oui crudi. butyr recens. vel oleũ ro. aqua rof. succus radic. lilij. añ. bene incorporent sup cineres ca. ⁊ pauce gutte aceti al. ir- rorentur. ibiq3 intinctus pannus li- neus multiplex embrocet sepe mu- tando velociter ardorem loci para- gorizat ⁊ alterat ⁊ corrosionẽ prohi h3. Cõsequẽter post. vij. vl' pl'es dies cu3 videbis locũ rubere ⁊ attenuari carnes prius duras ⁊ quasi dissolui ⁊ concauitatẽ quasi planificari: tũc muta medicamen loco pus perũcto vnguẽto hoc. ❡ Uitellũ oui crudu3 bene diuisum añ. cum vnguẽto citri no vngatur. quibus addat antera. litargir. amidum. corallus. emathi- tes. plumbũ vstum. mãnis. ⁊ puluis fuliginis. que sola expertissime occi dit cancru3. Hec omnia añ. bene in- corporẽtur. ⁊ sepius inde locus inũ gatur. postmodu3 lauetur sepe cum aceto forti albo et succo arnoglosse añ. tertio puluere hoc aspergatur su perposito folio arnoglosse. Mãnis. antera. spodium. amidum. tela ara- nea. cerusa. allia sicca. sepie os. teste oui. os mirabolañ. citri. cathmia au rea ⁊ argentea. añ. bene trita. appo- nantur superaspergẽdo pul'. ⁊ suppo nendo folium plantaginis cũ pãno leniter liga. ❡ Dietẽtur subtiliter ⁊ tenuiter fere in modũ tertiane. Uitẽ tur oĩa acuta ⁊ grossa ⁊ indigestibi- lia. Item alio modo post purgatio- nem ⁊ stuphã ⁊ opiatã lauet vlc⁹ cũ sero caprino tep̃. vel vrina. vl' aceto. vel lixiuio. ⁊ bene desiccet locus cu3 panno vetusto. ⁊ tunc aspergat pul- uis de albissimo nitro. vel psidia. vl' tanno. ⁊ ita fiat mane ⁊ sero. Et illi- niatur de succo celidonie cum melle vel succo tapsi barba. decocto cum melle ad medietatẽ vel ad succi con sumptionem. cui apponatur puluis psidie. vel tanni. vel de ossibus mi- rabolañ. citri. et cum illo tep̃. post lo tionem liniatur omni die: siue sit in gingiuis: siue in palato. vel in vir- ga virili vbicũq3 sit. ❡ Item pulue rizetur auripigmẽtũ. ⁊ distẽperetur cum albumine oui. et liniatur bis in die. ❡ Mortificato cancro: incipi- ente eleuari crustula illa superior a viua carne. Et tunc fiat illinitio in circunferentia cum oleo violaceo. vel axũgia gallinacea. vel anserina.

et sup vlcus ponātur pultes facte de farina tritici ꝛ succo apij ꝛ melle. et frequēter in die fiat vsqꝫ eleuet͂ crustula. ꝛ remota crustula si aliq̄ lanugo sit ibi: remoueat͂ cū tasta. et tunc applicet͂ empl'm factum de succo celidonie. quinqꝫneruie. linarie. sepo arietino: ꝛ puluere thuris ad carnis regenerationē ꝛ curam. puluis autē aurip. ꝛ viridis. eris. ꝛ thuris. cācrū nouū in vna appositione vel duab⁹ mortificat. post insiste cum mitigatiuis ꝛ regeneratiuis.

¶ Cura cancri inueterati.

¶ Si aūt inueteratus sit cancer vel corrosio diuturna ꝛ q̄si versa in sclirosim. vel si calles fecerit cuꝫ multa nigredine vehemētioribus ꝛ acrioribus opus est medicinis. precedēte igit͂ forti purgatione cū yeralog. vl' yerap̄. stuphet͂ locus sic. In aceto et forti lixiuio an̄. coque marsiliū. prassium. piganū. vrticā. flaurā. ederā. frondes cepe. porri. alliorū. saluiaꝫ. centaur͂. thimū. pulegium. apiū. matrisiluam. i. caprifoliū. scabiosam. lapacium. flores sambuci. bedegar. an̄. Uase bn̄ obturato coquātur diutissime: ꝛ inde pars patiētis crebri⁹ stuphetur. ꝛ quotiens fiet: sequatur ablutio partis cū aceto. ꝛ tūc ponat͂ puluis talis. Malū terre. iarus. alumē. aloe. attramentū. olibanū. cibapirum. nigella. salgem. tartarū. pip. faba trita. sinapis. brionia. cristal⁹ aurip̄. vtrūqꝫ. adarsis. corallus rub. parla marina. os sepie. ell'us vterqꝫ. nitrū. plumbū vstum hermodactili. galle sandaraca. fructus iunipi. centinodium. scordeon siccum. tapsia. acorus. fuligo. cantarides. grillus siccus. radix spatule fe. sicce. ꝫinꝫib. linū. agaricus. cortex. glandis. fabe castanee. os cancri marini. mel vstū. et carbonatum. lolium. silago adusta. pili leporis adusti. gersa. rasura caldarij. interioris furni. eris vsti. viridis eris. mirre. thurꝫ. galle. spodij. ferruginis lote. oīm. xlviij. an̄. ʒ. iij. Huius pulueris mediam parteꝫ confice in modum vnguēti cū succo iari. cedrie solute. viticelle. brionie viridis. affrodillorū viridiū. addito modico oleo sicionio. ꝛ medulla ceruia. ꝛ vitello oui crudo ꝛ circūunge. de alia parte pulueris loco preuncto supera sperge. ¶ Aliud. sapo gallic⁹ soluatur i aceto forti callido. ꝛ loco preuncto: tyriaca vel mitridatū. vel esdra cum aurea soluta cum succo feniculi illiniat͂. Pro vritiua qualitate vnguentoꝝ expertum anodinum est hoc. ¶ In rodomaste. i. aqua ro. et oleo nenufa. an̄. soluatur vnguentum ei. ꝛ vnge. Aliud. succus radicꝫ lilij. ꝛ albu. oui crudi. ꝛ oleum viol'. eodem modo mixta inūgāt͂. ¶ Dieta omniū istorum sit vt ab omnibus obtemperētur acrum inibus ꝛ incēsiuis ꝛ valde salsis ꝛ grossis indigestibilibus. ꝛ sepe vētosentur in fontibus viciniorib⁹. ꝛ paulatim de venis si nihil obuiat: flebothomētur. Memineris aūt quotiēs puluis exsiccatus reiterabit͂: totiēs fiat ablutio loci corrosi cum aceto forti. ꝛ vrina pa. cū modico sapone soluto. ꝛ sp supra puluerē folia plantaginis vel caul' memineris apponenda. postea conueniēs fiat supligatio cū panno ꝛ fascia ne fricādo medicina adnihiletur. Ubi vo hec omnia nō p̄ficiūt: opus est cyrurgia. Sed ꝛ hic plurimum prosunt cauteria vicinarū partium: sed fiāt cū cautela. Itē aliter. si cācer est inueteratus: digerat͂ materia cuꝫ tribus partibus oximellis sqlliticí. ꝛ quarta oxim̄. ꝛ purget͂ cū tribus partib⁹ yerat͂. ꝛ katartici imperialis quarta. ꝛ fiat stupha. ꝛ det͂

tyriaca cū vino calido. Sequēti die si corpus est plectoricū: fiat flōmia. si nō est plectoricū: fiat vētosa in ꝓximo fonte. ⁊ tūc vlcus laueť cū aceto vel sero capno. et superaspergať puluis factus de sale tosto. ⁊ tunc intingatur plagella in vnguēto viridi ⁊ supponať. ⁊ hoc fiat bis in die.

¶ Unguentum viride.

¶ Unguentū viride ad cancrum sic fit. ℥.j. axūgie por. vetuste liqfiat. et cum illa distēpereť. ℥.j. viridis eris ⁊. ℥.j. sal' gē. Itē aliud speciale. acc. attramentū. aurip. sulphur. vinum sal. gem. papaueris. cartarum. stercus columbinū ⁊ humanū. cōbustū. añ. redige in puluerē ⁊ vtere. Item puluis ex salegem. attramēto. stercore humano cōbusto ⁊ osse alicuiꝰ bestie de fili loco in quo est egritudo. añ. puluerizenť et ponanť desuper. Puluis etiā stercoris solius homīs combusti. vel oleū ex ipso factū oēm cancrū curat. Idem facit sanamūda potata ⁊ empl'ata. Sil'r herba gaide de qua tingūtur pāni blaui. Ouum putriō. empl'atū curat. Sil'r cortex alni cōbustus. ⁊ empl'etur vel superaspergať. ¶ Item acc. ouū ⁊ extrahe inde albumē. ⁊ acc. puluerē solearū combustarū. ⁊ pone in ouo ⁊ salē. ⁊ cū impleueris ouū ex istis: combure cū predictis. ⁊ de puluere eoꝝ pone super cancrū. Caueatur ab aqua frigida: qꝛ viuificat cancrum. Item puluis se. lini optime triti bulliat in ℥.j. mellis dispumati. ⁊ tantūdē sepi hyrcini vsqꝫ ad resolutionē. ⁊ postea addať pulueris cupri. ℥.j. ⁊ supaspgatur. ⁊ fiat emplastrū de calce viua et melle equal'r. Itē attramentum ⁊ sal ⁊ fuligo comburanť equali mensura non pondere: et supponať pul'. Item fiat pul'. ex cordibꝰ bufonum. vel bufo totus cōburať, aut lacerta viridis ⁊ puluis imponať. Qđ si repugnat cōsolidationi: fiat vnguētū ex felle porcino et litargiro: optime mundificat ⁊ desiccat ⁊ sanat. Qđ si cancer fuerit in neruosis locis ⁊ arteriosis: vt in collo ⁊ ceruice et inueteratus sit: fiat tale vnguentum. ℞. radić. lingue bouine. ℥. quattuor. radicis bardane. ℥. quinqꝫ. radicis celidonie. ℥.j. cinamomi. ℥.j. ziuziberſ. ℥.ij. argenti viui. ℥.ij. cere. ℥.iiij. axūgie veteris. ℥. quinqꝫ. resine. quātuꝫ sufficit. ¶ Qđ si vnguentū nō subuenit. ponatur puluis ellebori albi. ⁊ aristologie rotūde. ⁊ suppone similiter puluerē affrodillorum. Quod si sit in carnosis locis cancer vsqꝫ ad viuū incidatur ⁊ cū ferro calido diligenter coquať. postea ponať oleum de vitellis ouorū. ⁊ post vnguētum viride cyrurgicū quod alibi doceť. Qđ si os infectum sit: oīs infectio penitus abradatur. deinceps prosequamur cum vnguētis ⁊ pulueribꝰ vt superius diximus. ¶ Ad cācrum autē oris quod farsuꝫ diciť. de quo etiā superius tetigimꝰ. sufficit hoc. In melle rubeo bene bullito ⁊ fortiter dispumato pone puluerem nitri aluminis ⁊ nigelle. ⁊ iterum bulliat ⁊ cum penna quātū calidius tolerari potest. bis in die illiniat: in breui occidit. Item solus puluis affrodilloꝝ quēlibꝫ cācrum occidit. ⁊ etiam fistulam que fit ꝑm doctrinā cyrurgie. ¶ Et nota ꝙ si in scrophul'ꝑus parū incisis cum flebothomo: purgatione et flebothomia: si fieri potest precedēte: tūc apponať ꝓculdubio eas destruit idē puluis. ¶ Memineris autē post omnia hec ad generandam bonā carnem: vtendū est vnguēto viridi cyrurgico. cui adde mānis. mirra. aloe. potēter eñ malā carnem corrodit ⁊ bonam generat.

Item ad cancrū qui precognoscit: quia fuerit apostema melicū. & etiā per duriciē & nigredinē & insensibilitatē ipius mēbri: fiat hec cura. In p̄mis si recens est digerat materia & purget &c̄. post lauet cum aceto et vrina pa. añ. calefactis. post contundat saponaria & cōficiat cū melle et supponatur. Si hoc nō sufficit. acc̄. attramentū. thus. hermod. alumen. añ. pulverizent & cōficiātur cū sapone. & est optimū ad hoc. Et si hoc nō sufficit: fiat pulvis de fimo bois cōbusto. pipe & nitro. Et si dolor sit immoderat⁹ ex acumine pulueris. acc̄. succū radic̄. lilij. oleu ʒ viol. albu. oui crudi. añ. & inde illiniātur ptes adiacentes. & cessabit dolor. Et iste pul. vltim⁹ sufficere debet. & si non sufficit fortior fiat. ℞. aurip. rub. ʒ. ij. vitreoli. ʒ. j. aluminis. licij. añ. ʒ. j. realgar repressi. ʒ. ß. aceti fortissimi. q s. ℂ Nota q realgar debet poni ad solem & aceto supaspgi ter vel quater. postea oēs pulueres cū realgar pulverizato cū aceto insimul debent poni & bene incorporari: et in olla pua rudi poni. que optime obstruat ne fumositas exhalare possit. postea super prunas bulliat quousqȝ totū in fumū resoluat. postea discooperi. et et qd̄ parietib⁹ olle adheserit: abradat & vsui reseruet. ℂ Pulvis autē ferruginis optim⁹ est & etiā magnetis. purgat eñ melīam. de quo d̄r. q si ponat super pectus mulieris amasium habētis. vel sub caput nescientis & dormiētis: sentiet tm̄ in narib⁹ fetorē. q in loco remanere nō poterit: sed a viro se ex p̄ijciet. ℂ Quidā aūt distinguūt inter cancrū simplicē: & cancrū sanguineū. Qd̄ si supficie tenus corrodit inter cutem & carnem: nec foramina appareāt vt in fistula: sȝ solus sit quasi vnicū vlcus: ac si cutis eliderет a carne. & appeat caro lesa sine cute & decurrit mō huc mō illuc p aliq̄tulū magna spacia. & caro sit sine cute lesa. & qñqȝ sang. emittit: tūc cāc sanguine⁹ ardēs d̄r. Cum ṽo sanguinē nō emiserit: simplex est. Videt tñ ₽m iudiciū aliorū fistulā esse. pbat aūt si cācer est. Si accipiat lesca casei recētis et liniat melle. & per diē desup ponat: si cācer est corrodit. Et dicūt q si fistula est foramina in caseo apparebūt. Fiat igit pul. de alumine viridi eris. añ. asurij. ʒ. j. & bñ cōmisce. deide fac tentas ad numerū vulnerū. & vnicuiqȝ vnā impone ad fundū puluere aspsam. et sic facias quousqȝ cācer mortuus fuerit. qd̄ scitur: q̄ tūc sanies erit spissa & al. q̄ p̄us liquida fuit et rufa vt lixiuiū. & tūc fiat vnguentū. Acc̄. cerā virgineā. thus. picem resinam. masticē. añ. adipē porci. hec coquat aliq̄tulū. & cū infrigidari ceperint. acc̄. oleū laur. oleū cōe. i. oliue: parū plus. & cōficiant in vnū corpus & vnge. Silr autē qñqȝ accidit cancer aut fistula post vulnera male curata: vt post apata. & vnguētis hic & ibi dictis satis curari possunt. Si aūt in neruosis locis cū vnguēto ruptorio & puluere affrodillor & vnguēto viridi curari possunt. Si sint in carnosis locis secure incidere & vrere valemus. Cācer igit vsqȝ ad viuū incidat & cū ferro ca. diligēter coquat. & tūc vitellū oui cū oleo mixtū q̄usqȝ ignis cadat supponat. deinde cū vnguēto viridi & ceteris curetur cyrurgie medicinis. & etiam de fistula eodē modo intelligendū est.

ℂ De cancro mamillarum.

Si accidat cancer in mamilla si tota mamilla sit liuida cū costa. et loca circa cācrū fuerint infecta incurabilis

petūt aūt venerē magis solito ⁊ debito. ⁊ in coitu ardent: et sentiūt se debiliores solito. Exasperatᷓ aūt cutis ex scabie diuturna: ⁊ modo calēt ⁊ modo frigēt īordinate. nō febriūt leuiter neqꝫ patiūtur quartanā. et si patiūtur nō habēt nisi vnā accessionē vel duas. ⁊ si plures patiūtᷓ: significāt materie resolutionē ⁊ curā: cū leprosa materia q̄ ꝓpᷓ siccitatē vix putrefieri valeat: repēte sentiūt frigus quasi aq̄ frigide transiēs inter cutē ⁊ carnē: vel etiā q̄si sup cutē. et q̄nqꝫ videtᷓ eis ꝙ gutte pluuie cadūt in faciē vel alia corpis loca. Irascūtur aūt magis solito. san. in lotione habet quasi nodos ⁊ fetet. Itē oculi distorquētur: ⁊ circlos habēt rub. ⁊ horrorē dant vidēti eos. ¶ Item grana reperiūtur sub lingua admodum porcoꝝ leprosoꝝ. Itē si sanguinē in vola man⁹ frices ⁊ stridcatᷓ vl' nimis sit vnctuosus. aut si san. in aq̄ clarissima stāte ꝓiect⁹ supnatau erit lepre: labē pronūciat. ¶ Nota autē ꝙ si sanguis ponatᷓ in colatorio ⁊ lauetᷓ in aqua curre nte donec inficiatᷓ aqua. si apparcāt quedā fila rubea: signa sunt nimie siccitatis in corpe: ⁊ ita preuia ad leprā. Itē ycore proiecto a san. si sal suppositū sanguini statim dissoluitᷓ: signū est bone hūiditatis. Qd̄ em̄ coagulatᷓ a frigido. dissoluitᷓ a calido: et qd̄ a calido ab humido. Si autē nō dissoluitᷓ significat signū primū ad leprā. ¶ Itē si vrina posita sup sanguinē si de facile ei ꝑmiscetᷓ malū. ¶ Itē si acetum positū supra san. bulliat ⁊ nō cōmiscetᷓ ei sicut cōmiscetᷓ sicco: signū est corruptionis: fetor sanguinis corruptionē significat. Urina autē leprosoꝝ tenuis est substātie cū pilorū et harenarum q̄nqꝫ solutione.

¶ Signa ꝓpa vniuscuiusqꝫ lepre.

¶ Et q꞉ cōpleuim⁹ ostēsionē signorū gn̄alr. dicam⁹ nūc ꝑticl'ariter ꝼm causas añtes singulariter q̄ sunt hu. iiij. lepra igitᷓ que est ex san. mel'ico adusto. aut mel'ia adusta inficiente san. vocatᷓ elephātia. ⁊ que ē ex san. colerico adusto. aut co. adurēte ⁊ inficiente sanguinē vocatᷓ leonina. Et que ē de san. adusto flegmatico aut flegmate adusto inficiēte san. tyria appellatᷓ. Et que est de san. in se adusto ⁊ corrupto. aut re aliqua corrumpēte ip̄m extranea simpl'r allopicia nūcupatᷓ. ⁊ raro ꝯtingit species has puras simplices inuenire. frequēter v̄o cōpositas binas vel ternas vl' q̄tuor sil' videm⁹ accidere ꝑ simpliciū signa mãe ꝯpositio erit īuestigāda. ⁊ ꝼm cōpositionē signoꝝ medicia cōposita erit adiūgēda. ¶ Dicam⁹ igitur pri⁹ de elephātia: eo ꝙ ab elephāte nō sine rōne nomē trahit. qm̄ sicut elephas ceteras bestias p̄cellit ī magnitudine ⁊ fortitudine ⁊ turpitudine: sic ista reliq̄s spēbus maior est ⁊ fortior. ⁊ q̄tū ad causam. ⁊ q̄tū ad curā. Iterū q꞉ elephas aīal maculosum est distincte sic elephantia. sed hoc est cōe in omni lepra: q꞉ in ꝑncipio macule supueniūt ⁊ recedūt cito. Ista em̄ ceteras spēs precedit in malicia ⁊ turpitudie. Uniuersaliter aūt dico ꝙ est incurabilis: sꝫ cura intēsionē recipit: ⁊ remissionē: ⁊ mitigationē. Habet aūt fieri ex cibis melācholicis: sicut ex carne caprina. bouina vetusta. ⁊ ceruina. ⁊ lētibus. et vino forti. aut corrupto. aut alliis. ⁊ potib⁹ ⁊ cibis corruptis. et coitu post leprosum. ⁊ ꝯfabulatione leprosoꝝ. ⁊ aspectu eoꝝ. ⁊ cohabitatione vel parētela ⁊ exn̄tia in corrupto aere. ⁊ in gn̄atiōe tpe mēstruoꝝ ⁊ comestiōe carniū infectarū: vt porcoꝝ leprosoꝝ. ¶ Signa elephātie.

Signa pdicātia elephātiaz sunt color liuid⁹ τ emulus faciei et toti⁹ corpis in nigredinē vgētis. Ex qlibet tñ leui frigore talis color sepi⁹ apparet: τ turbid⁹ rubor ex qlibz ca. leui. aspect⁹ aūt ei⁹ ē horrid⁹: τ cutis vl'is dura τ sqlida τ q̄si subfusca vl' subnigra. τ in hac ē maior τ crebrior ptiū insensibilitas cuz stupore q̄ reliqs. Itē copia scrophularꝝ τ durarū glādiū τ tardantiū. τ ɔtinua discoloratio: sp fere sīt sbtristes. pigues. famelici. sepe ɔstipati. ɔcedēte aūt cā: ɔcedit supciliorꝝ arcuatio. oculorꝝ rotūditas. corrugatio palpebre. ɔstrictio nariū. τ distorquēt oculi. labia. nares. frons. rugis exaraꝫ. τ gnulositas ē in lingua. vocis raucedo. man⁹ sunt nodose τ ɔcte τ pedes. pustule dure turpes macl'e pāni τ spurcitie varie palpebrarꝝ τ nigrꝝ vrucarꝝ. Itē musculorꝝ ɔsūptio. sz h̄ in allopitia τ tyria fallit. ipotētes sunt ad gdiēdū pedib⁹ vl' ad opa manuū solita. fissure τ sepatiōes crebre: q̄ oīa efficit intēsa supra modū mlīe sicca melīa. raro vrina istorꝝ est alia q̄ glauca τ tenuis. τ pauc⁹ vl' null⁹ sudor. sepi⁹ fetor oris. sang. in flōmia est niger: vt mltū vl' liuid⁹. vl' citrin⁹ cū terreo colore. τ cito ɔdēsaꝫ post exitū a vena. τ q̄to magis lauatur in aqua: tanto magis cōdēsatur. τ in lauatura apparēt q̄dā quasi venule al. τ q̄si neruorꝝ rami. τ cum tractanꝫ strident. hec egritudo tarde venit ad augmētū. τ qñqꝫ facit fissuras in supciliis. τ manib⁹ τ pedib⁹. τ aliis partibus corpis diuersis. ¶ Signa leonine. ¶ Leonina fit ex co. inficiēte san. vl' san. co. adusto cuius infectio τ adustio intrdū introduciꝫ ex reb⁹ ca. icēdētibus: vt cibis ca. vtute τ potib⁹ τ fortib⁹ alliatis. τ pipatis. forti vino τ esu acruminū, et silibus pdict̄ causis. τ hz signa cōia q̄dā cū allopitia. Depilanꝫ aūt supcilia τ citrinescit facies vergēs in subru. co. τ totū corp⁹ citrinescit τ rubet τ sentit puncturas palpebrarꝝ aūt adest rotūditas. τ oculorꝝ instabilitas. tremulositas. ɔstrictio. τ cōpssio nariū. vocis aūt est gcilitas et mira aspitas q̄si catulorꝝ. fissura labiorū. τ crepatura cutis. τ vl'is sepatio iūcturarū ī manib⁹ τ pedib⁹: sz ɔcedit varia macl'arū distictio p' totā cutē ad modū leonine pellis. item gīgiuarū corrosio. τ sitibūdi fiūt magis solito τ clamosi τ venerīosi τ iracūdiores ceteris. patiunꝫ ɔstrictionē pectoris τ thoracis. τ extremorꝝ gcilitatē. τ vētris stricturā. τ p vrine tenuitatē potest agnosci τ paucitatē τ colorationē. τ emissionē qñqꝫ in ea paucitatez san. τ p īpetiginē ꝫpiginē morphea ru. vl' crocea. τ cū īueteraꝫ corrodūꝫ extrema. San. exiēs a vēis subtilis ē τ ignit⁹. τ q̄si scintille distinctus. et tarde ɔdēsaꝫ. τ in lotura cito dissoluiꝫ. τ hec spēs cito vēit ad augmētū τ post vix aut nūq̄ curaꝫ. oīa h̄ opaꝫ co. ītēsa siccitas. ɔterea ē eis ɔtinua nariū oppil'o τ strictura. τ ex q̄lz leui earꝝ fricatōe san. egrediꝫ τ ea debēt adhiberi q̄ τ in allopicia. ¶ Signa tyrie. ¶ Tyria fit de fl'e. τ d̄r a tyro ꝫpēte: qz sicut ille ꝫpēs de facili depōit spoliū: ita q̄ laborat hac pas. vl' qz cito depōit cutē. cito eī putrescit cut̄ τ caro adiacēs ɔpꝫ corru. fl'at̄. τ hz fieri spāl'r ex cib fl'ic̄ corrupt̄. τ spāl'r ex piscib⁹ τ lacte corruptis. τ oīb⁹ aliis cāis pdict̄. Hz aūt siḡ aīncessiua τ ɔcomitātia sic̄ alie spes. τ sūt aīncessiua nimi⁹ pallor faciei ɔter naturā. τ mlti alfi. i. morphee albe τ spurcitie facies cut̄ sp ē lucida τ q̄si subtracta paucos hn̄s pilos vl' nll'os circa mētū τ supcilia. τ nullo sudore ɔfluūt. pig̃vo oīa. ī ocl'is ē patuitas

multa: et humiditas circa totũ corp⁹ et maxime in facie furfuriscas cũ squamis al. patiũtur: semp̄ fere ventrem habẽt laxũ. et ideo debiles et dissoluti. et cũ quadã sq̃lida et rugosa habitudine: nihilominu⁹ tñ habẽt subtumidã faciẽ. nasum grossum et supercilia. accrescẽte vero morbo cuz malicia facile depilant̄. et supcilia repẽte inflant̄. et reliq̃ filr depilant̄: et inuersant̄ palpebre. et lacrimant̄ oculi. et oppilantur nares. et gingiue et labia putrefiũt. et adiacẽs caro ꝓpter corruptionẽ flegmatis. et cõprimuntur spũalia. et vox raucescit. et facies subtumescit. et spolia cutis tũc in modũ serpẽtis depaupant̄. et tũc ex flatis infusiõe extrema quasi ydropisi turgescũt. Extremitates ergo digitoꝝ manuũ et pedũ ingrossant̄. et putrescũt. et crepãt. et findunt̄. et putrefiũt cadunt vngues. et pustule abundant plusq̃ in ceteris. execratiões et emũctiones plurime. Urina semp̄ eoruz est remissa et quasi saniosa in fundo: et sepe quasi yliacoꝝ aut colicorum. Sanguis exiẽs a vena cito conuertitur in aquã. et mire est aq̃sus et indigestus et quasi varius. et ẽ spissus. vel subalbidus et cinerici⁹. et quãto magis lauat̄: tãto magis indurat̄. et quotiẽs in aliqua parte scalpuntur: vidẽtur quasi farinã et furfur excussisse. et hec sunt signa cõcomitantia. Item glãdule molles oriuntur. cutis mollescit et dealbatur. et aqua super eam dispersa non coheret.

❡ Signa allopicie.

❡ Allopicia ab allopidib⁹ sumpsit denoĩationem: qꝛ sicut allopides. i. vulpes habẽt supcilia depilata: ita et allopici. fit aũt ex san. corrupto et supabundãte modo quo diximus et negligẽtia diete et flõmie. hãc spẽm precessit incõposit⁹ rubor faciei. cum turbato liuore vel citrinitate. et ei⁹ facilis mutatio in pallorẽ et remissio in ruborẽ. fiũt aũt macule ru. flaue flegmatice exteri⁹ et spõte recedũt. et facile ac sepe morphea rufa. et rubores vlcerosi plurimi. et desudatiões plures cũ graui odore. et maxĩe circa pedes et assellas. Uene oculoꝝ sp̄ fere rubore ꝑfundunt̄: et visus quasi obliquat⁹: et ocli sp̄ fluidi et lacrimãtur et supcilia et cilia depilant̄ et palpebre inuersant̄ et ingrossant̄. nares oppilãtur et cõprimunt̄. et gĩgiue putrescũt. et nasus etiã ingrossat̄. et difficultas fit odorat⁹. et fetet anhelit⁹. et a gingiuis educit̄ sanies. et ex leui scalpatiõe ab ipis et natib⁹ san. emanat. supcilia cõprimũtur. corp⁹ et facies qñq̃ rubeis maculis et pustulis diffundũt̄ cutis et caro nimis mollis et q̃si sp̄ sb lucida aliq̃ vnctuositate plinita. corpis aũt adest hĩtudo sanguinea. Urina aũt est ru. et pignis. et facili⁹ in hac q̃ in aliis turbat̄ et fetorẽ ꝯcipit vbicũq̃ fundat̄. ❡ Et nota q̄ vrina leprosoꝝ paruz aut nihil diuersat̄ ab vrina sanoꝝ hoĩm: eo q̄ nulla vl̄ pauca fit mutatio ĩ epate vl̄ ei⁹ viis. et excessus qualitatũ pauc⁹. San. in flõmia turbat⁹ apparet statim et vari⁹ et quasi ꝯtinuat̄ in venis sanies et spissus et viscosus. et in lauatura denigrat̄ et inuiscat̄. Cũ vero iaz manifesta fit corruptio plus oĩb⁹ pustulatur per totũ corpus. anhelitus plus oĩbus fetet ex facili sanguinis alteratione et nimis velociter morb⁹ augmẽtatur. et citius ex castra mittuntur. et ideo cauti⁹ ab eis cauẽdũ.

❡ Cura lepre in generali.

❡ Causis añtib⁹ et cõiũctis ꝑ sua signa patefact꒳: accedẽdũ est ad gen⁹ cãrũ salubre qd̄ ꝯsistit ĩ regie curatiuo et alt̄atiuo. Et curatiuũ gen⁹ cãe ꝯsistit gñalr̄ in medicinꝫ euacuatiua

ꝛ resolutiua. Sed euacuatiua debetur cause antecedenti ꝑ farmaciam trahentem in ventrem aut ꝑ fleboto miam. Et resolutiua debetur cause coniuncte per stupbā ꝛ euaporatiua materie ꝑ poros cutis. Et cū extrahenda est materia ꝑ farmaciam eua cuatiuam admiscenda est medicina trahens humorem ꝗ est ꝭm dispositi onez cause coniuncte. velut si flegma fuerit causa antecedens admiscenda est yeraruf. cum blanca. vel bñdicta si co. yeraruf. cū catartico. si meliā ye raruf. cū yeralog. ꝛ caueatur ne yera ruf. detur in recētia sue cōfectionis. Euacuationes aūt fortes ꝭm diuersitatem causaꝝ antecedētiū bis sunt in anno faciēde scꝫ in vere ꝛ in autūno. vñ sup illud verbū ypo. in amph Quibuscunqꝫ flebotomia aut farma cia cōfert his vere fieri cōuenit. Refert Galie. de quadā muliere in q̄ ap parebāt signa lepre ꝛ euacuante hu. Cūqꝫ sic euacuare nr̄ humores vere ꝛ autumno singulis annis: signa lepre delitescebāt. cum aūt ab h̄ cessaret iterato emersērūt signa lepre. De bili aūt euacuatione euacuādi sunt singulis mēsibus tā debili q̄ꝫ forti. Et dico ꝙ in huiusmodi medicinis cauēda est scamonea. qꝛ acumine suo desiccat intestina. quare recipiūt flu xum colericoꝝ hu. ex q̇bus vlcerant̄ intestina maxime cū sua viscositate habeat adherere. vñ ꝑducit his causis cū velocitate ad fluxū sanguinis ꝛ dissinteriā ꝛ sic pereūt. Tutius aūt fit leuis euacuatio cū medicina elaborata sic. Accipiant̄ radices petro. feniculi ꝛ ꝑforentur cū subula ꝛ lardent̄ minuti cū elł'o. ꝛ plātētur ꝛ morentur sub terra ꝑ mensem. ꝛ deinde assumant̄ aut etiam fba cū corticib⁹ adiecto elł'o. aut solū cortices ꝛ hñ̄lo ti: cōtundant̄ ꝛ decoq̄nt̄ in aq̄ cū medicinis euacuātibus huiusmodi ma teriā. vt thimū. epi. sene. ꝛ his simili bus. ꝛ decoctio deꝫ ꝛ h̄ medicicamine regat̄ toto tempore vite. Debet aūt precognoscere vnāquāqꝫ cām ā tecedentē ꝑ ꝓpria signa sicut humo res ꝑ vrinā. Omnis em̄ sup̄fluitas attestat̄ dispositioni cuius ē sup̄fiui tas. ꝛ deinde euacuare materiā ap ꝓ priatā medicina. ꝛ qꝛ inter oīa regimē digniuscausaꝝ materialiū est re gimē diete dico ꝙ regimē diete con ueniēs est cib⁹ q̇ ex spē sua generat sanguinē equalē ꝛ laudabilem: sicut caro pulloꝝ ꝑdicū fasianoꝝ starnoꝝ ꝛ raro vtendū carnib⁹ quadrupedū: pauce em̄ ꝯueniūt nisi caro edulina ꝛ capreolina in temporib⁹ suis ꝛ cu niculi. Et generaliter debēt abstine re a ceteris carnib⁹ q̄drupedū ꝛ legu minib⁹ oībus. h̄ em̄ oīa grossuꝫ sanguinē generāt ꝛ multū ꝛ incōueniētē. Et abstineāt a lacte licet qñqꝫ au tores precipiant dare lac. s. qñ ꝑstat vltimū iuuamentū in nocumēto hanelādi ꝛ vocis cū exhibet̄ stomacho ieiuno singulare. licet em̄ ꝯuertibile sit ad formā sanguinis tñ ꝓhibet̄ in hac passiōe qꝛ ē corruptibile: maxīe cū sumit̄ in mēsa vna cū piscib⁹. Ab stinendū est ēt a sup̄fluitate cibi ꝛ po tus ꝛ maxime vini. tū ex parte q̄ de siccat tū ex ꝑte q̄ penetrat in mēbra: ꝛ facit materiā malā penetrare ī mēbra sua subtilitate. vñ est mēbroꝝ ꝑ cussiuū ꝭm hūc modū. Abstinētia in hac passiōe ē summa medicina vt di cit ysaac. qꝛ modico cibo incūbit na tura ꝛ ꝑfectiorē generat sanguinez ex eo ꝛ ex sang. ꝑfectiori ꝑfectiorem hūiditatē. multo aūt subcumbit. De fl'omia aūt dico ꝙ cum fuerint signa sanguis manifesta: ī ꝑncipio morbi faciēda ē fl'omia sine mora nimia. qꝛ in statu cū iā corrupta sit exterior ha

bitudo ꝺm ysaac. dāda est farmacia: ꝛ non facienda flomia. facienda est ꝗ flebotomia in ꝑncipio. Corrupta vero exteriori habitudine nequaꝗ̄. qꝛ trahūtur. humores mali q̄ stant ī remotioribus venis ad venas maiores. Cum aūt accidit corruptio ꝺm venas tūc est corruptio incurabilis. q̄ cognoscitur ꝑ ipsius lotionem. qꝛ si post plurimā loturam appareat alba caro: salue sunt vrne a corruptione. Si aūt appareat quoddā nigrū adustū corruptio venit supra venas Sciendum est aūt ꝙ debent cauere exercitia immoderata qꝛ desiccāt superflue corpus dissoluēdo humores: ꝛ mouēdo ad exteriora. His de causis nocet coitus: qꝛ mouet illud qꝺ melius est de nutrimento mēbroꝝ radicaliū ꝛ sic cōsumunt ꝛ desiccant: ꝛ sic desiccaꝉ corpus ꝛ mouet malos hūores dissolutos ad exteriora ꝛ forsitā cū accidit ꝺ̄siccatio cogiꝉ natura. trahere in nutrimentū venaꝝ qꝺ respuebat a ꝑncipio qꝺ erit cā morbi iter ficientis. Generaliter igiꝉ cauenda sunt oīa q̄ addunt in desiccationem humoꝝ ꝛ humiditatū dissolutionem Oportet aūt ꝙ ꝑ nimiā cautelam regaꝉ capita ipsoꝝ qꝛ ꝓpter corruptionē capitis corrūpunꝉ membra totius faciei supposita: cū ascendūt in caput. vapores mali a toto corpore ꝛ fiunt in ipso capite fluentes liq̄res ꝛ postmodū distillat ad alia membra. vñ opꝫ vt caput purgeꝉ ꝛ mūdificeꝉ cerebrū ꝑ sternutationes ꝛ gargarismata qꝛ illud qꝺ patitur maxime in hac passione est cerebrū. Medicatio aūt accidētium cōmunium ꝛ superuenientiū ex dispositionibꝰ causarū antecedentiū ꝛ ꝯiunctaꝝ in habitudine exterioꝝ membroꝝ est dicēda. Et dico ꝙ cōmune accidēs ꝓueniēs a lepra est corruptio naturaliū operationuꝫ. Cetere aūt actiones nō plurimū corrūpunꝉ nisi tantū actio inspirādi. in ceteris eñ ꝯsuetis opationibus stāt leprosi. Et medici nō curāt multū de medicatione huius accidētis qꝛ non pōt auferri nisi egritudine ablata et nō curāt de egritudine. plus aūt curāt de accidēte supuenīēte qꝺ est corruptio exterioris habitudinis. q̄ medicaꝉ ꝑ stupbā qꝛ resoluit materiā existentē in exterioribꝰ mēbris quā euacuat. Medicatio igitur habitudinis exterioꝝ mēbroruꝫ fit ꝑ resoluētia materiaꝫ corruptam sparsā in mēbris sicut ꝑ balnea ꝛ stupbas ꝛ h̄ nō sunt faciēda nisi pꝰ vniuersalē purgationē. qꝛ vt dicit Gal. pleno existēte corpore plus attraherēt ad mēbra ꝙ̄ euacuarēt a mēbris sꝫ opꝫ scire ꝙ stupba rarefacit cutim ꝛ facit eā debiliorē in resistēdo materie fluēti: ꝛ iō post stupbā opꝫ cōfortare cutim. qꝛ in egressu a stupba apponēda sunt vnguēta inspissātia cutim ꝛ ꝓhibētia mēbroꝝ exterioꝝ remollitionē. Et dixerūt q̄dā ꝙ inunxerūt cū sapone ꝛ inuenerūt ꝓficuū Sed meliꝰ est vnguentuꝫ qꝺ docet Auice. fieri ex gallis ꝛ aceto ꝛ adhuc meliꝰ est vnguentū nr̄m qꝺ valet ad oēs serpigines ꝛ impetigines ꝛ morphēā. qꝺ fit de mercurio. i. argēto vi. suspēso ꝛ mortificato. ꝛ albubit. i. sulphure viuo. ꝛ sandaraca. i. auripigmēto ru. ꝛ allotay. i. sale armo. similiter eleuatis ꝛ cōmixtis cū aliis medicinis sicut nostis ex secretis phoꝝ rum ꝛ opatione nr̄a. Et dico ꝙ si virtus resolutiua ꝛ confortatiua simul sint inuēte in eadē medicina illa erit cōueniētior sicut ē absin. Succus ꝗ absin. spissus cōueniēs est in exitu a stupba vel balneo leprosoꝝ. Studere aūt plurimū ꝯuenit in rectificatione faciei: q̄ est primū mēbꝝ in sensu.

Euacuãt q̃ qdam p vẽtosas positas sup cornua capitis cũ scarificatione Alij aũt abstinẽt ab hne materia trabatur ad cerebz τ trahũt ab inferioribus vt a tybijs τ multũ cutẽ clarificant τ mundificãt. Et in hac euacuatione fit ruptoriũ sub mẽto ex cãtaridib⁹ τ fermẽto. postmodũ inungatur facies cũ vnguẽtis τ ablutiõib⁹ quas diximus in morphea τ cõfortatiuis vt iã diximus vt succo absin. τ galline cũ aceto. Et iste sunt curationes generales quas debet medicus considerare. Dicamus etiam nunc particulares curatiões conueniẽtes ſm vnanquãq; materiã sigillatim τ superuenientia accidentia.

¶ Cura elephantie.

¶ Elephãticus dietet copiose sz cibo digestibili alit enĩ cadũt in defectũ τ piculũ. ¶ Nota q vni elephãtico vix sufficit qđ trib⁹ sanis sufficeret: ppt ↄsũptiue melie maliciã. vñ pre ceteris maxime cauẽdi sunt a ieiunio τ frigore. Preparet igit eorũ materia ad digerẽdũ cũ dyãtos τ dyasene añ. τ seq̃tur vsus oximell' sq̃ll'. vl' rafanini si caruerís sq̃llitico. τ syrupi de fumo terre. añ. cũ aq̃ decoctionis thimi. epi. sene. cuscute. florum borrag. vel folioꝝ. τ tũc mane τ sero. Materia digesta purget vt dictũ ẽ sz de yeralogo. sint due ptes τ tertia yerarũ. vel cũ oximelle iuliani. Tertia die fiat stupha de fumo terre. lapacio acuto. scabiosa. borrag. epithimo. τ alijs herbis calidis. Exeũti a stupha offerat tyriaca maior cũ succo fumi terre tepido. τ sic fiat tribus dieb⁹ cõtinuis. Seq̃nti die post vltimaz stuphã q: materia ẽ putrefacta intus τ ex apiat vena epatica. q̃rta die apponant vẽtose supra renes ad extrahendũ subcutaneã materiam. Singulis q̃ndecim diebus fiat predicta stupha ita tamen q seq̃nti die post stupham offerat tyriaca opiata de sex in sex septimanis alternatim apiatur cephalica ĩ vna pte τ in alia epatica. In singulis aũt binis mensibus purgent sz oĩ mense moderate flebotoment duab⁹. ℥. euacuatis vel parũ plus in declinatione lune fiant scarificationes in anteriorib⁹ τ posterioribus tybiarum. Aliquando ponat vẽtosa in fontinella colli vel sub mẽto. aliquãdo fiat flebotomia in summitate nasi fiant ẽt cauteria ĩ tybijs τ brachijs ad localia. Stuphetur facies cũ aq̃ đcoctiõis thimi. epi. sene. cuscute. folioꝝ borrag. floꝝ croci. palee ordei τ auene. τ tũc fiat inũctio cũ equali mixtura vnguẽti fusci τ vnguẽti ad salsum flegma τ acuat cum puluere litargiri. entalis. dentalis. τ apponat aliquid de seminibus frigidis τ peplet facies per totaz noctem sequenti die lauetur facies cuz colatura furfuris. vel lauatura fabarum fractarum. Si autez fortiori indiget aminiculo pulueri3etur radix gerse. et brionie. τ apponatur aliq̃d de puluere seminum frigidorũ τ cõficiatur cum succo gerse et fiant pillule: τ cum opus fuerit distemperentur vna vel due in aqua tepida τ facta predicta stupha illiniatur facies τ pepletur τ in crastino vt predictuz est lauetur. ¶ Item pulueri3eutur predicte pillule τ extrahatur sanguis a sũmitate nasi τ tota facies illiniatur τ sinapi3etur puluere. τ in crastino lauetur vt dictum est. Item reuertatur ad predictaz comixtionẽ electuarioꝝ. τ post vsum ell'cij accipiat de syrupo fumi ter. vel fiat iste syrupus qui potenter operatur ĩ omni specie lepre. Decoquatur succus fumi terre: τ coletur: et in colatura decoquantur epithimum. thimum.

sene.aristol.rotū.genci.mirra.bacce lauri.cinamomū.zinzib.ꝛ caro serpē tis sic preparata. Accipe serpentē q̄ repitur in nemoribus q̄ hꝫ ventrem albū ꝛ in medio ventris lineā ru. in dorso nigrā remoueat caput ꝛ cauda ꝛ exēteretur mediū ꝛ decoq̄tur cum predictis vsq ad integrā resolutiones carnis colet ꝛ colature admisceatur zucc. ꝛ syrupizet: ꝛ de h̄ syrupo accipiat de tertio in tertiū die q̄tuꝫ testa oui capit cū aq̄ tepida precedē te vsu istius elcij. Decoq̄tur serpens preparat⁹ in vino albo ꝛ remot ossibus ac spinis terat caro ꝛ admisceatur cū duab⁹ partib⁹ dyasene. ꝛ fiat elciuꝫ ꝯ frigidā cām. Si aūt sit d̄ ca. cā admisceant due partes rosate nouelle ꝛ tertia carnis serpētis. Item vtat syrupo d̄ fumo terre. cū apozimate thimi.epi. ꝛ sene.oī ebdomada ter. Comedat aūt oī die rutā ꝛ apiuꝫ cruda añ cibū. ꝛ vtat potione anacardi.semel in ebdomada cū sero capno ꝛ ēt puluere tali. ℞.anacardi.sigie. dendrolib.thimi.epi.cuscute.ozimi. flor. borrag.sq̄nanti.sticados arab. ātofoli.i.grossi gariofili.cubebe.capparis. sansuci. cinamomi al i. croci. carpob.calami aro.macis.oīum.xx. ʒ.singulas.salis gē.℈.j.zucca.ad modum oīum ꝛ oī die vtatur eo.

¶ Cura leonine.

¶ In leonina cū sit de co. caueat patiens ab acuminib⁹ siue acruminibus qꝛ sanguinē incēdūt ꝛ co.acuūt Caueāt ab aceto ꝛ accidētibus aīe q̄ calefaciūt precipue ira. Utant dieta tempata ꝛ sudēt sepe ī aereo balneo nō multū calido. Preparet materia cū duab⁹ partib⁹ oxizacc. ꝛ tertia syrupi de fumo terre. Digesta materia purget cū duab⁹ partib⁹ elcij.de succo ro. ꝛ tertia pte catartici impialis. vel cū duab⁹ partib⁹ oxi. ꝛ tertia yeruf. tertia die fiat stupba d̄ herbis frigidis vt portu.lactu. plantag.q̄n q̄neruia.folijs vinear. ꝛ salicis.lapacio acu.scabiosa.fumo terre.exeūti a stupba offerant due ptes rubeetro.cū tertia pte tyriace. seq̄nti die iteret stupba ꝛ det opiata. similiter die tertio post tertiā stupbā aperiat vena cephalica vel altera epaticar. singulis mēsibus in scd̄a etate lune. vel cephalica in vno brachio. ꝛ epatica in alio. fiant predicte scarificationes in tybijs: vētosa sub mēto: fl'ōia in naso. aliq̄n vētosa ī fontinella colli. fiāt cauteria in tybijs ꝛ brachijs: vt dictū est. Itē q̄ter in anno purgetur cū predicta medicina. eodē mō q̄ter in anno debet purgari elephātia Iteꝫ singulis mensib⁹ fiat predicta stupba: ꝛ singulis. xv. diebus offerat predicta opiata. Localia sic fiāt: fiat subfumigatio cū scolopēdia.endiui. palea ordei ꝛ auene. ꝛ apponat aliq̄d de succo fumi terre. ꝛ tūc fiat inūctio cū vnguēto citrio acuato cū puluere gūmi ara.dragagā albi.litargiri.coralli al. ꝛ fiat inūctio ꝛ tūc abluatur facies peplo. ꝛ in crastino lauetur cū colatura furfuris. vel lauatura fabar. vel sero capno tepido. Si fortiori indiget medicamine: accipe gūmi ara.dragagā.al.amidū.spodium.rasurā eboris.sarcocollā.classā. entale.dētale.corallū al.marmor al. pulueriza ꝛ ꝯfice cū sepo hircino. vel ceruino. ꝛ fiat inūctio: ꝛ apponat aliq̄d d̄ aloe cicotrino vł epatico. in crastino lauet vt predictū ē. Itē extrahat sang. a sūmitate nasi ꝛ illiniat facies tota ꝛ supaspgat puluis p̄dict⁹: ꝛ in crastino lauet vt p̄dictū ē. Itē lauet facies freq̄nt cū lacte tepid. se. fror. Itē singul' dieb⁹ mane ꝛ sero accipiat d̄ dyap. ꝛ dyace. ꝛ p⁹ seq̄t vsus simplic syr. d̄ fu. ter. Itē singulis dieb⁹

ratur quantuȝ testa oui capit de isto syrupo qui sic fit. Misceatur succus borraginis cū aqua cucur. in equali pondere ꝛ ibi decoquntur viole. pru‑ na.colent ꝛ in colatura resoluat ȝuc‑ car.ꝛ syrupizet. In fine decoctionis apponat medulla cassief.ꝛ tamarin‑ di.ꝛ tunc integre decoquntur: ꝛ si ap‑ ponatur aliqd de mirabol. melius ē vel offerat predictū electuariū ď ser pente ꝛ seqtur vsus syrupi de eodeȝ. In hac specie cōfert abscisio testicu loꝝ in frigidis causis nocet. Nares sepe illiniant oleo ro.ꝛ aqua vbi co‑ quāt viol.ro.ꝛ gūmi ara.ꝛ modicuȝ de amido q oīa bene colata ꝑ nares trahant violenter in ꝓfundum ꝑ fis sura oris ꝛ alioꝝ locoꝝ liqfiat axun gia galline cui succ⁹ cōsolide maio. cōmisceatur añ.ꝛ addito litargiro ꝛ amido.ꝛātera añ.fiat vnguentum. Succus ēt cimbalarie sepo agnino eqliter admixtus idē operatur. Cuȝ lacte etiam capno recenti ꝛcalido se pe bucca illiniatur.

ℭ Cura tyrie.

ℭ Tyriaci fugiant oīa indigestibi‑ lia mel'ica viscosa salsa acuta iflāmā tia forte vinū iram ieiunia vigiliam coitum sup oīa exercitia fortia reple tioneȝ crapulā ꝛ ignē:ꝛ narib⁹ qñqȝ pillule dyacastoree infundant. Ad digestionē materie det dyaciminuȝ vel dyantos ꝛ subseqtur oximl'.sqll'. ꝛ syrupus de fumo terre añ. Digesta materia purget cū duabus partib⁹ yerap.ꝛtertia yeraruf.tertia die fiat stupha ď folijs sambuci.ebuli: scabi osa.fumo terre.lapacio acu:calamē‑ to.mētastro.apio.absin.calēdula.la uēdula.sisimbrio.ꝛ in aq ponat paꝝ de aceto ꝛ oleo ꝛ folijs borrag.ꝛalijs calidis herbis.ꝛita fiat trib⁹ ꝯtinu‑ is ꝛ singulis dieb⁹. Exeūti a stupha offerat metridatū.vel oppopira.vel melius tyriaca cuȝ succo fumi terre tepido. Seqnti die post vltimā stu‑ phā apiat cephalica in vno brachio ꝛepatica in alio. qter ī anno purget ꝛfiat stupha ꝛ offerat tyriaca ꝛfiant flomie vētose scarificatiōes cauteria ruptoria predictis temporib⁹. ꝛ fa‑ cies stuphet cū aq decoctionis foli‑ oꝝ sambuci.ebuli.calamēti.origani scabiose.fumi terre.lapacij acu.ꝛfiat inunctio.postea cū eqli mixtura vn‑ guēti ci.ꝛ al.ꝛacuat cū puluere litar gi.plūbi vsti.ro. brasilij. in crastino lauet cū colatura furfuris vel laua‑ tura fabaꝝ vel cū sero capno. Item apponat sanguisuga in sūmitate na si ꝛ cū sanguine illiniat tota facies ꝛ supaspgat puluis predict⁹.in crasti no lauet facies vt predictū est. Iteȝ accipe serpentē ꝛdecoq cū tritico pa scant galline ꝛtūc deplumabunt ꝛre nouabunt plume:assent galline iste ꝛ offerant oīb⁹ leprosis ad renouati onē cutis ꝛ depositionē vetuste. Et si de pinguedine inde fluēte inūgat facies:idē opat. Itē reuertat ad pre dicta el'cia ꝛ p⁹ vsuȝ el'cij seqtur vsus simplicis syrupi ď fumo terre. ꝛ alia localia q dicta sunt in elephātia hic apponant. Itē p⁹ celebrationē far‑ macie ꝛ opiataꝝ dent el'cia digestio nē iuuātia ꝛsanguinē mūdificātia q sunt dyātos.dyaprunis.añ.dyarodō ꝛ dyarris añ.ꝛp⁹ sumāt syrupū ď fu mo terre.cū sero capno.pustule inun gant hac mixtura. Unguentū fuscuȝ vnguētū ad salsum fl'a ꝛ albū añ.cō‑ misce ꝛ vtere. Et vnge tubera cū dro pate vel vnguēto de tartaro. vel qđ meli⁹ est tali puluere vtantur. el'lus vterqȝ.auripigmētū vtrūqȝ.tartaꝝ. tapsia.cātarides.scordeō siccū.albe stō.viride eris.sulphur vtrūqȝ sal.si nap.bacce lauri.euforb.adarcis.pu mex.castoreū.mirra.colo.piretꝝ.sta‑

pbi:a.ſtrucius.oppop.nitrum.grilli ſu cci.cicadeſicce.ſaxifraga.pip.oiuȝ xxx.añ.bis vtere duobus modis ad rumpēduȝ partim in puluere partiȝ ꝑuncto loco cū melle ꝛ ſucco flāmu-le.vel lacte titimalli.ana.q̄t voluerꝭ. capſulas cereas in modū teſte auel-lane minoris impleas puluere ꝛſup pone ligādo ita ne ſanas ꝑtes tāgaſ q: non repies violētius vel efficaci⁹ ruptoriū alio mō vnguentū de eodē puluere cōfice addito oleo modico ꝛ cera ꝛ tūc pōe paꝝ galb.cū oppopo. ꝛ oleo ꝛ cera ꝛ coq̄ fortiter bñ agitā do tunc in aq̄ frigida infunde ꝛ poſt ea recollige ꝛ vtere.ꝓdeſt ſȝ ꝑus flo-mo tubera parū ſcarificenſ.lauētur vt dictū eſt in leonina. Epar ericij aſſatū dicitur eos iuuare.ſimilit̄ ſer-pētes rufi comeſti ſine cauda ꝛ capi-te.Emeatulatio ēt valet.Dieta talis ſit.Fugiāt oīa indigeſtibilia mel'ica viſcoſa acuta ſalſa inflātia vinū for te irā ieiunia vigilias coituȝ ſup oīa exercitia fortia repletionē crapulaȝ ꝛ ignē.Naribus q̄ȝ pillule dyacaſto-rec infundanſ. ad vocē pillulis ſub lingua vtanſ.In ſingulis binis mē ſibus purgētur ſtupbenſ flomentur ventoſentur q̄tiens opus fuerit. vn guētis ꝛ dropate vtātur. Sic enim aut nullo modo poterūt palliari.

¶ Cura allopicie.

¶ In allopicia digeraſ materia ma ne ꝛ ſero cū dyaprunis. ꝛ p⁹ cuȝ vſu oxizac.ꝛtertia parte ſyrupi de fumo terre.vel cū dyaprunis.ꝛ zucca.vio. dyaceraſeos.zucca.ro.trifera ſarra. ſimplex caſſiaf.dētur. vel cū ſero ca-ꝑno. dyarodon abbatis ſine muſco. triaſandali.dyacitoniten frigidum. ſyrupus vio. cū apozimate cuſcute. vel cētauree mi.vel cū ſero caꝑno in q̄ aſſara baccara coq̄tur. purgeſ cuȝ duab⁹ partib⁹ oxi. ꝛ tertia yeraruf. tertia die fiat ſtupba de herbis frigi dis ꝛ apponaſ fumus terre.lapaciū acutū.folia borrag.ꝛ ſcabioſe.Exeū ti a ſtupba offeranſ due ꝑtes rubee tro.ꝛ tertia tyriace mai. cū ſucco fu-mi terre tepido.ꝛ ita fiat trib⁹ dieb⁹ cōtinuis. Seq̄nti aūt die p⁹ vltimā ſtupbā fiat flomia in vna cephalica-rū ꝛ altera epaticaꝝ ꝛ iteretur predi cta ſtupba.ꝛ predicta opiata detur. Fiāt ſcarificationeſ flomia cauteria ruptoria ſub mēto.ꝛ aſſignatis tem-porib⁹ reuertaſ ad predictū el'cium. ꝛ ſingulis dieb⁹ mane ꝛ ſero p⁹ vſuȝ el'cij accipiat de ſimplici ſyrupo ð fu mo terre.ꝛ ſtupbetur facies cū aq̄ de coctionis frigidaꝝ herbaꝝ.palee or dei.ꝛ auene.ꝛ tūc inungaſ facies cū axūgia predictaꝝ gallinaꝝ.ꝛ cū pre dicto vnguēto de thure ꝛ maſtice.vl' liq̄fiat dragagā.al.ꝛgūmi ara.in aq̄ ro.ꝛ admiſceaſ eq̄li pondere vnguē ti ci.ꝛ fiat inūctio ꝛtota nocte obuol uatur facies peplo in mane laueſ vt dictū eſt.ꝛ poſtea mūdificetur cū la-cte ſe.frigidorū.vel lacte caꝑno. vel cū vino decoctiōis ſerpētis ꝑdicto mō preparati. Qð ēt valet in oī ſpē lep̄ ad ꝯſūptionē venenoſe materie ꝛ ad mūdificationē faciei.Itē thus albū pulueri zeſ ſubtiliſſime ꝛ trico-nizeſ ꝛ cōficiatur cū oleo vio.ꝛ pre-cedēte ſtupba fiat inūctio.Itē acci-pe ſarcocollā.claſſaȝ. entale. dētale. boracē.amidū.ceruſā.corall.al. cri-ſtal. al.porcellanā.marmor al.añ.ʒ. .j.thurꝭ. maſticꝭ.ſalis gē.oſſis ſepie. añ.ʒ.ß.ꝯficeēū aq̄ limonū vl' cū aq̄ ne nuf.ꝛ cū oleo de amigð amarꝭ.ꝛ fiāt troc.ꝛ diſtēpa.j.cū aq̄ tepida ꝛfacieſ inde illiniaſ. Itē de eodē puluere ſi napizeſ facies facta predicta inūcti one cū ſanguine extracto ð facie pa-tiētis.ꝛ in craſtino laueſ facies pre-dicto mō. Omni ebdomada facies

tota ꝛ frons in sero liniatur sic. Un⁹ de predictis tro. distempetur in vola manus lote vel cū cocleari mūdo cū aq̄ ro. soluaꝭ vt paꝝ sit spissuꝫ ꝛ illiniaꝭ. ꝛtota nocte maneat facies cum peplo obuoluta mane lauetur cū aq̄ tepida ablutionis furfuris ꝛ farine fabaꝝ. Si aūt pustule vlcerose sint ru. ꝛ saniose. ℨ. ij. de vnguēto albo ꝛ vna de fusco ꝛ vna de vnguēto ad salsum fl̄a bū cōmisceātur :ꝛ acuanꝭ cū cerusa ꝛ litargiro. an̄. ꝛ inde inungātur sepius. Due ꝯo scapule inscindātur ꝛ dropano apposito rumpanꝭ: et postea similiter vnguātur. bis cōuenit sepius fl̄omari ꝛ parū in ceruice. Sepe scarificenꝭ ꝛ vētosentur in occipitio. sub mēto ēt idē fiat. ꝛ in sūmitate nasi fl̄omeꝭ. ꝛ tybie ante ꝛ retro scarificentur.

¶ De infectione post coitū leprosi.

Ex accessu ad mulierez diximus supius leprā in plerisqꝫ generari p⁹ coitū leprosoꝝ. ꝛintelleximus cū infectus rare sit cōpositionis accidere citius. aut inficiētis ad infectū conueniētia in ꝯplexione. Quoniā ꝑꝫ Ar. in'bn̄ibus simbolū facilis ē trāsmutatio. Et ꝑm Auic. in ꝓportionali genere facilior ē cōuersatio: in genere ꝯrio difficilior. Si igiꝭ ex inficiēte possent significatiōes ꝯplexiōis colligi facilior subseq̄reꝭ curatio. Q̄ō si fieri neq̄at ab infecto req̄rēde sūt. Inficiꝭ em̄ qn̄qꝫ post coitum frigidi qn̄qꝫ post coitū calidi. ꝛ qꝛ ꝯplexiones variātur varianꝭ signa ꝛ curationes. Infectio calidi cognosciꝭ p calorē q̄ sentiꝭ in ꝓfundo leuiter se disꝑgentē vniuersaliter ad exteriora ꝛ sentiunꝭ pūcture ꝛ arsure in exteriorib⁹ qn̄qꝫ cū frigore qn̄qꝫ cuꝫ calore. variaꝭ qn̄qꝫ color d̄ rubeo in albū ꝛ ecōuerso. Itē sentit maliciosos ꝛ venenosos discursus subcutāeos. Itē circa faciē sentit q̄si formice trāsirēt supra facies inflāmato colore diffūdiꝭ. freq̄ns adest insōnietas. In hac igr̄ fiat fl̄omia de vtroqꝫ brachio: et digeraꝭ materia cū duab⁹ ꝑtib⁹ oxizac. ꝛ tertia yeraruꝭ. ꝛ tertia die fiat stupba d̄ herbis fr̄is. vt dictū ē in allopicia. exeūti offerātur due ꝑtes rubee tro. ꝛtertia tyriace cū syr. fu. ter. tēp. ꝛsic fiat. iij. dieb⁹ ꝯtinuis. Seq̄nti p⁹ tertiā stupbā iteꝝ fiat fl̄omia d̄ vna epaticaꝝ ꝛ altera cephalicarū. ꝛ exꝭbaꝭ tm̄ de duab⁹ venis q̄tū dꝫ exꝭbi de vna. singulis. xx. dieb⁹ vsqꝫ ad tres mēses seq̄ntes ꝑticularib⁹ ꝯuenietib⁹ itereꝭ predicta stupba ꝛ predicta opiata ꝛ predicta fl̄omia. Itē fiāt scarificatiōes ī tybijs. ruptoriū ꝛ vētosa sub mēto. ꝛ singulis diebus offeraꝭ ī mane dyapr. vel dyacer. vel zuc. vio. ꝛ seq̄tur vsus simplicis syr. de fu. ter. Itē bis ī septimana distēpeꝭ vnguētū ci. in vola manuſ cū aq̄ ro. ꝛ in̄ vngaꝭ facies ꝛ coopiaꝭ cū folio plāg. ꝛtota nocte pepleꝭ facies. ꝛ ī crastino laueꝭ cū colatura furfuris vl' lauatura fabaꝝ. Si a fr̄o ꝛmel'ico vl fl̄ico ꝓcedat īfectio cognosciꝭ ꝑ pl'emulū colorē faciei ī p̄mo die appētē ista em̄ egritudo licꝫ q̄dā signa infectiōis ostēdat tardi⁹ tm̄ sentiꝭ q̄ prima. vn̄ tardi⁹ curaꝭ q̄ ea. qꝛ in ea statim p⁹ coitū leprosi sentiunꝭ signa p̄dicta. Itē in fl̄ica vel mel'ica subtumescit facies mēbroꝝ oīuꝫ adest aggrauatio. vix pōt remoueri d̄ loco in q̄ sedꝫ. subcutaneū sentit frig⁹ cū formicatiōe ī facie p̄ncipaliꝭ scd̄ario in toto corpe. digeraꝭ ḡ materia cū. ij. ꝑtib⁹ oxim. ꝛtertia syr. de fu. ter. Digesta materia purgeꝭ cū. ij. ꝑtib⁹ yerap. ꝛtertia yeraruꝭ. si materia ē fl̄ica vel cum duabus partibus yeralog. et tertia parte yeraruꝭ. si materia est malancolica. Tertia die fiat stupba

de herbis calidis: vbi ponantur fo-liasambuci.⁊ebuli.scabiosa.lapaciũ acutũ.⁊fumus terre.exeũti a stupba offerat tyriaca maior cu3 succo fumi terre tepido. Seqnti die fiat flebo-tomia de vena epatica vel cepbalica ⁊ iteretur altera illaꝝ vsqꝫ ad tres vł quattuor mẽses. Singulis qndeci3 dieb⁹ flebotomet de vna predictaꝝ venarũ.⁊ semp extrabatur ꝯ sangui ne vsqꝫ ad duas.ʒ.cũ apoforesi.⁊ ite ret similiter predicta stupba ⁊ predi cta opiata. Jtẽ fiant scarificationes ⁊ vẽtose ⁊ ruptoria sub mento. Jtẽ ꝯ emulum colorẽ faciei accipiat sin-gulis diebus vinũ tepidu3 in mane: in q̃ resoluatur.ʒ. vna vel due reub. Jtem singulis septimanis bis laue tur facies in sero cũ vino tepido: in quo cõputruerit puluis reub. Jtem acuatur vnguentum ci.cum puluere brasilij.⁊ in nocte inungat facies.in crastino lauetur vt predictũ est. Jtẽ in oĩbus speciebus lepre detur tyri-aca p interuallu3. Serpentes rubei ĩ inicio veris capiant ⁊ abiectꝫ inte stinis et capite et cauda in mensura quattuor digitoꝝ reliquum excorti-cetur.⁊lauetur cũ vino ⁊ pipere post ea decoq̃tur in vino aut aqua addi-tis porris.petro.pipere.cinamomo. ⁊ modico puluere diptanni.⁊ detur. Eadẽ caro cruda cõputrescat in mu sto.vel etiã saltem in vino ⁊ exibea tur.⁊ eo vtatur. Coluber predicto modo preparat⁹ ⁊ exbibit⁹ vetulas decorticat ⁊reiuuenescere facit. Utã tur balneis senationu3.⁊ lubricis.et stupba ⁊ aqua ipi⁹ corticis. ⁊ vtant syrupo ꝯ succo borraginis.⁊ sene.fu mo terre.lapacio.a medijs partibus squille.⁊ rafano ẽm materiam.tbeo-dorito.anacardinũ detur p interual la. Fiant pillule q̃ recipiunt semẽ fe-niculi.petro.apij.mastic.bdellij.tbi mi.epi.ana.ʒ.tres.mirab. indi.sene. aloes.epatici.aã.ʒ.semis. conficiantur cũ succo fumi terre. Caueant a frixis salsis acetosis acutis forti vi-no ⁊ coitu generaliter. Et qꝛ plena-ria desiccatio tam interioꝝ q̃ exteri orũ in oĩbus infectionibus est perfe cta curatio abscindant testiculi. vel fiat in bursa sero in parte inferiori ⁊ fiant cauteria in bracbijs ⁊ inter cu-bitũ ⁊ bumerũ ⁊supra vtrãqꝫ auricu lam vel sub in fontibus ⁊ in ipis au riculis ⁊ supra epar ⁊ splenẽ. qꝛ cen-tum cauteria vix sufficiunt.

¶ De accidentibus in babitu-dine exteriori leprosorum.



Ubseq̃nter dicamus de accidẽtibus q̃ relinquũ tur in babitudine exte-riori q̃ sunt pustule de-siccationes pustularu3. oppilatio nariũ.deoppilatio superci lioꝝ.gingiuarũ corrosio.mortifica-tio ⁊ insensibilitas.serpigo ⁊impeti go.morpbea.

¶ De pustulis leprosoꝝ.



Ustule aliqñ fiunt ex sãgui-ne aliqñ ex alio bumore. Si ꝯ sanguine rubee sunt ⁊mol les ⁊ cito trabunt ad saniẽ. Si ꝯ co-citrine sunt ⁊ molles ⁊ aliquãtulum dure ⁊ paruã faciũt saniẽ. Si ꝯ flãte albe sũt ⁊ tenues ⁊cito faciũt sanie3. Si ꝯ melia dure sũt ⁊ liuide terree. Jn vtraqꝫcã subsũiget facies cũ aq̃ decoctiõis maluc.bismalue. vio. ita fiat trib⁹ dieb⁹ mane ⁊ sero.⁊ p⁹ sin-gulas sũigatiões inũgãt pustule cũ rasura lardi quia facit ad emollitio nẽ ⁊ cõsumptionẽ ⁊ tũc flõmo apian tur pustule in duob⁹ vel trib⁹ locis. ⁊ cũ sanguine iñ fluẽte distempetur puluis litargiri vel plũbi vsti ⁊ ma-sticis ⁊ fiat emplm ⁊ oĩbus pustulis supponat. Cõtra cãs ex frigiditate

fiat fumigiū cū aqua decoctiōis fu-miterre.lapatij acuti.scabiose.trib⁹ diebus ꝯtinuis mane ꝛ sero.ꝛ semꝑ post fumigationē fiat inūctio cū ra-sura lardi.ꝛ tūc aperiant̄ cū flōmo: ꝛ cum san. inde fluēte. distēperetur pul̄.hermod.elli al. ꝛ alumis. ꝛ fiat emplr̄m ꝛ superponat̄. Itē qd̄ forti⁹ operat̄. Acc. calcem vi. ꝛ distēpera cū aceto ꝛ oleo. ꝛ inde inungant̄ pu stule. Item ponat̄ ruptoriuꝫ cōe de equali mixtura cantarid.ꝛ fermēti. distēperētur cū aceto ꝛ pustulis suꝑ ponatur. Itē ad remouendū pustu-las duras.finde eas in modū crucis cū flōmo in suꝑficie.ꝛ cū san.ꝓprio fortiter fricent̄ pustule. post appo-nat̄ puluis de litargiro. et cerusa.et aurip.ꝛ alumine. ꝛ supponat̄ foliuꝫ caul̄. Item facto ruptorio ꝛ remota cute in oī specie lepre frigida appo-nat̄ puluis de equali mixtura tarta tari ꝛ viridis eris vsqꝫ ad pustulaꝝ corrosionem. Si aūt de causa ca.de eq̄li mixtura tartari ꝛ litargiri vsqꝫ ad pustularū corrosionē apponat̄.ꝛ tūc in vtraqꝫ causa fiat inūctio cum vnguēto citrino acuato cuꝫ puluere litargiri ad caruis regenerationē et subtilē cicatrizationē. Itē acc̄.lima ces ru.ꝛ diuidant̄ ꝑ mediū.ꝛ suppo natur pul̄.sal̄.gē.ꝛ illud liquidū qd̄ tunc distillauerit admisceat̄ cū pin-guedine terre q̄ vbiqꝫ reperit̄ terra-rū.ꝛ inde illiniant̄ pustule ꝛ facies. ꝛ facit ad mūdificatiōeꝫ saniei ꝛ ꝯsū ptionē pustularū. silr̄ pinguedinē q̄ emanat de fimorario vel sterq̄linio putrefacto dicūt valere. Itē chimo-lea que reperit̄ sub mola fabrorū de siccet̄ ꝛ distēperetur cū aceto. et fiat illinitio.idē facit creta vel acatia cū aceto.vl̄ litargir̄.cū oleo ꝛ aceto.itē optimū.acatia.creta sarra.litargir̄. cadmia aurea.bolū ar. conficiantur cū aceto.ꝛ fiat cathapl̄a. Ad desicca tionem ꝓo humiditatū puluis bac-car̄.lauri.nitri.sal̄.gem. cū tereben-tina.conficiātur.ꝛ vngatur corp⁹ ad solē vl̄ ad ignē confert. Itē ad remo tionem pustularū ꝛ palliatiouē.ven tose cum scarificatione post collum ꝛ spatulas ponātur. post tertiū dieꝫ sanguissuge subter vbera ponātur. deinde vngantur vnguēto albo. vel hoc optimo. Tubera que reperiunt̄ in radicibus lilij agrestis ꝓducētis florem purpureum mundētur ꝛ con-terantur optime. quibus addatur puluis factus de belliricis marinis coralli al.entali.dentali.quidā lapi-des sunt.ꝛ addat̄ cāphora.ꝛ fiat cō-fectio cū oleo sambucino vel ro℞. et sic argentū viuū extinctū apponat̄. et inde illiniātur. Ungant̄ etiā hoc vnguento ad ignem. qd̄ ℞.saponis gallici.ʒ.iiij.picule.lib.j.cere.ʒ. iiij. axūgie veteris.ʒ.vj. farine lupinoꝝ siliginis olei.an̄.ʒ.ij.capitelli. q̄tuꝫ sufficit ꝛ potes addere nitri.succi ci-claminis.an̄.ʒ.iij.ad tyriam p̄cipuū est. ad elephantiā aūt ꝓpriū est. qd̄ ℞.piperis.sulphuris.an̄.ʒ.iij. pire-tri.ʒ.j. olei fialā.j. succi porri sapo-nis gallici.an̄. lib.j. semꝑ in balneo se vngat.ꝛ semper sit abrasus.


¶ Contra oppilationē na rium leprosorum.

¶ Contra oppilationē nariū intin-gat̄ tēta de gentiana.vel paulino.et cum vnguēto citrino acuto cū litar-giro vel plūbo vsto ꝛ naribus impo natur. Et si inde forte fiat vstio inū-gatur cum rasura lardi ꝛ succo por-ri si causa fuerit calida. Si auteꝫ cā fuerit frigida cū puluere litargiri ꝛ tartari.vel immittat̄ aurea alexādri na cū oleo muscel̄. vel stuellū factuꝫ ex malo terre oleo intinctum imitta tur vel oxirocroceum.

¶ Cōtra depilationē super- ciliorum in leprosis.

¶ Contra depilationē supercilioꝝ pulueriȥeꝭ talpa cōbusta. vngula caballina. cerfoliū et stercus soricis. ⁊ apponaꝭ sanguissuga supcilio. ⁊ cuȥ repleta fuerit ɔburaꝭ: ⁊ istoꝝ pulueres añ. cōmisceanꝭ. ⁊ facta inūctiōe cū oleo lapdanino vł spuma apri in supciliȷs pdict̄ puł. vndiq; supaspgatur. vel fiat scarificatio. ⁊ postmodum confricatio fiat ex puł. facto ex asperis et spinosis folicłis castanearum adustis. vel imponaꝭ puluis factus ex muscis. vespis. apibus cōbustis. gingiuarū corrosio ⁊ mortificatio. īsensibilitas. serpigo. ⁊ īpetigo. ⁊ morphea curēꝭ: vt ī ppriȷs capłis.

¶ De preseruatione a lepra.



Preseruatur aūt a lepra ex causa cał. hoc modo Uitēt oēm nimiā comestionē. ⁊ potum nimiū. et oēe legumē. ⁊ caseū. ⁊ aues de aquis. ⁊ pisces sine squamis. omnia acrumina fugiāt. oēs pisces ⁊ carnes per salē induratas ⁊ exsiccatas preter lardū baeconis: et preter eius rubeā carnē lardo venatim immixtā. Serū cuiuslib; aīalis est eis vtile: precipue caprinum. de quolibet quotidie mane radić. feni. petro. apȷ̄. lapacȷ̄. liquir. buglosse. gētiane. acori. enule. añ. ℥. j. ista oīa bene mūdata pistentur insimul. ⁊ decoquanꝭ in. xȷ̄. lib. aque fontane ad medietatē. ⁊ cola. ⁊ exprime fortiter ⁊ in colatura coque ro. vioł. melisse. se. basiliconis. añ. ℥. ß. coque iterum vsq; ad medietatē. i. tres libras. ⁊ ex colatura ⁊ ȥuc. fiat syrupꝰ quo vtaꝭ omni mane tribus diebus cōtinuis et sero omni mēse. Et in his diebus comedat maluā ⁊ mercurialē coquinatas cū pinguedine ⁊ carne. Quarto ꝓo die sumat in sero yerał. mēpbitū tres vel quattuor pillulas ad qūtitatē; fabe. ⁊ illa nocte nihil cenabit. Sequēti maue summo diluculo bibat de oxi laxatiuo. iȷ̄. ℥. distemperatas cū ca. ⁊ tertio die post hūc diem ieiunus sudet in stupbaȝ subscripto modo preparatā. ⁊ ibidē bibat de tyriaca ad modū auelł. cum vino ca. decoctionis liquir. vue passe. mirabol. īdi. bene triti. añ. ℥. j. Et cū a stupba voluerit egredi abluaꝭ corpus leniter fricādo manibus. ⁊ calido cuiuslibet aīalis adipe: ⁊ maxime capno. ⁊ hec fricatio diligēter fiat in facie. ⁊ statim cum aptatus fuerit in lecto vngatur facies prius exsiccata cum vnguēto citrino. ⁊ caueat ne vnguētum ingrediaꝭ oculos. ⁊ statim inūcta facie superponat folia cauł. vel plantag. ⁊ liget leniter cum fascia. ⁊ maneat sic per totā noctē ⁊ diem. in crastino abluat cum tep. leniter ⁊ cū modica farina fabarum. Similē inunctionem faciat cum vnguento dominarum omni septimana semel vel bis ꝑm hunc ordinē de stupha ⁊ sero caprino. ⁊ inūctionibus insuper vtatur omni septimana bis. vł bibat de syrupo dyalzilon mane cū calida vel frigida. vel qđ magis valet cū sero caprino. aliȷs diebꝰ comedat mane ⁊ sero rosatam nouellā confectam cuȥ melle. ⁊ hoc in tēpore frigidoꝝ in calidiori cum syrupo. ⁊ semp ante hec electuaria. ⁊ statim postea bibaꝭ syrupus cum aqua calida vel frigida decoctiōis mirab. inđ. ⁊ succi liquiritie. equis pōderibus bene tritoꝝ. ⁊ de vuis passis tm̄dem. Ambo sint trita loca scabiosa etiā inūgātur in stupba de vnguēto albo. ⁊ oleo laurino. ⁊ populeon. ⁊ vnguēto mēsito.

cōmixtis equaliter. Stupha memorata sic fit. agrimonia. scabiosa. radix lapacij acuti. absinthij arthemesia. plantago cū sua radice. fumuster. an̄. oīa minutim incisa coquātur in olla bn̄ cooperta semiplena ⁊ vndiq3 sigillata. ⁊ ponatur origanū vel calamentum in tinam. ⁊ patiēs ibidē locetur et stupha conueniēter preparetur. ⁊ sudet facie exterius posita cum grauatur ⁊ stuphetur. ⁊ singlis. xv. diebus vel sepius detrahat de occipite sanguis cum ventosis. vel a tybijs super talos cum scarificatiōe. Et statim post has stuphas ⁊ sanguis subtractiones: iaceat supinus ⁊ inūgat faciem de his que supra dicta sunt. ⁊ in illo die nō exeat a domo. ¶ Dispositi ad lepram ex frigida causa sic preseruātur. omne legumē vitēt: lac cuiuslibet aīalis. omnia frixa. omnē caseum. panez azimū. piper. caules. venerem. frigus. omnē comestionez nimiā ⁊ potionez. ⁊ maxime nocturnam. iraz. sollicitudinē. balneū post cibum. leporem. agnellum. porcellū. anserem. omnes aues de aquis. pisces sine sq̄mis. sorba. mespilas. napos. rapas. ficus. dactilos. mel crudum. non laborent post cibū. fugiāt milium. panicū. nec comedāt in vna mensa plusq̄ de duob⁹ ferculis. Uinuz nec nimis forte: nec nimis debile vel aquaticū bibant. Carnem fugiant porcinā. Carnes eius sint veruex iuuenis. annualis agnus. edul⁹. capriolus. gallina. pullus. capo. perdix. ⁊ omnes minute aues de siccis locis que vsualiter comedūtur: preter coturnices ⁊ stornellos. et pisces eius sit lucius. perca. darsus. vmbra turboth. turtur. omnes pisces bene squamosi. duras et albas carnes habentes tam marini q̄ fluuiales: precipue quales a medicis illi⁹ regionis solent approbari. ¶ Condimēta sunt saluia. serpillum. menta. costum. ciminū. petro. allia in hyeme. cinamomū. zinzib. crocus cum predictis mixtus. acetū ⁊ agresta. holera ei⁹ sint frondes petro. cressones aq̄tici. malua. mercurial. atriplex. blete. ⁊ oīes herbe cāpestres que vsualiter coquinātur ad esum. in hyeme porri ⁊ cepe in tribus vel quattuor aquis cocti. Fructus eius sint vue. amigdale. poma assa. et pira cocta. coctana cocta ⁊ in vino īfusa. in estate pruna nigra: sed pauca. omnia caueant ex sale indurata et exsiccata. Oua poterūt comedere quolibz modo preparata preter frixa ⁊ dura. butyro ⁊ sero vtātur. omni mēse semel purget cū yeralogodion vsq3 ad. xj. vel. xij. sellas. vel simplici vel acuta cum elleboro nigro. Secūdo vel tertio die post purgationem mane, stuphetur ex hac stupha que sic fit. agrimōia. absinthiū. scabiosa. fumuster. radix lapacij acuti coquant in aqua vel vino. ⁊ fiat stupha modo priori. Exeunti detur tyriaca in modū castanee cū vino albo decoctiōis genci. mirabol. indō. liquir. contusorum an̄. ℈. ß. ⁊ tūc cooperiat vt sudet. Q̄ si semel ī hebdomada tali stupha sudauerit: meli⁹ erit. Et in stupha vngat se sepi⁹ crudo melle. ⁊ quādoq3 vnguēto mēsito: ⁊ maxime vbi cutis est arida et scabiosa. Exiens a stupha abluat se fortit cū sero cuiuslibet aīalis: ⁊ maxime capno. vel p̄dictis omni septimana bis. Uel bibat syrupū de fumoterre coclear. j. cum aqua calida vel frigida. vel etiā sero Uel loco illi⁹ syrupi bibat de fumoter. ij. testas oui plenas cū predicto sero vel aq̄ mixtas. hūc syrupum q̄diu illum habere poterit. bibat alijs diebus cū nihil p̄dictorū acceperit:

comedat de electuario confecto ex duabus partibus dyanthos. τ sexta catartici impialis: quater in anno flebothometur. τ triduo diligenter obseruet minutionē. Ex his aūt pre seruatᷓ aut palliatur aut oīno curatᷓ.

¶ Yeraruffini vsualis.

¶ Yeraruffini vsualis sine periculo curat epilēticos. cephalicos. emigraneos. dissintericos. arugīosos artheticos. podagricos. colicos. τ plenitudine carnis tumētes. elephātiosos. impetiginosos. et alphi. scabiosos. pruriginosos τ salsochimos. et mulieres que non purgātur. τ facit ad ventris purgatiōes: sed reumaticis non detur. ℞. dyagredij. ʒ. viij. salis armoniaci. ʒ. vj. colloquintᷓ. interioris. piperis. camedrei. masticis. oīm iiij. ʒ. iiij. eufor. ʒ. iij. croci. mirre. aā. ʒ. ij. alij addūt agarᷓ. xilocassie amborū. ʒ. ix. ellebori ni. aloes. cassiefi. salᷓ cōmunis oīm quattuor. ʒ. iiij. M. q. s. dosis eius est vt castanea.

¶ Yera fortis.

¶ Yera fortissima Galᷓ. facit cephalargicis. scothomaticis. epilepticis. melācholicis. apopleticis maniacis paraliticis. allopiacis. litargicis. τ his qui per somnū meditantᷓ mortē auditui oculoꝝ passionibꝰ. τ fauciū τ dentiū doloribꝰ. asmaticis. orthomiacis claritati vocis τ lōgis egritudinibus. ydropicis. ictericis. epaticis. spleneticis. artheticis. colicis. dissintericis. nefreticis. sciaticis. q̄rtanarijs subuenit. alphos. pruriginosos. τ elephātiosos purgat. cācrosis proficit. mulierū vitia emendat. ℞. colloq̄ntide. squille. agarici. amoniaci. ellebori nigri. psilij. ypericon. omniū septem. ʒ. xx. epithi. polipod. bdellij. camedrei. basilic. succi cassie omniū septē. ʒ. xviij. simirnis. sagapini. aristolᷓ. lon. piperis albi τ lon. cinamomi. oppop̄. castorei. oīm vij. ʒ. xvj. petro. absin. pipis nigri. oīm trium. ʒ. xiiij. aloes. ʒ. xiij. M. q̄tum sufficit. dentur ex eo. ʒ. ij. vel. iij. cum aqua calida.

¶ Pigra Galᷓ.

¶ Pigra Galᷓ. facit melicis. epilepticis. stomaticis τ stomachi debilitati et dolori eius. et ad vniuersos eius dolores τ anxietates: optima ē enfraxi epatis τ splenis τ eoꝝ inflationi τ ictericis cū decoctiōe absin. viscerū torsionibus τ renū distēperātijs. τ matricis causas emūdat. et menstruis cum succo arthēie propinata. imperat. ℞. aloes. ʒ. c. et. viij. cinam̄. nardi. costi. croci. squināti. masticis. xilobal. cassief. asari ro. absin. amomi. omniū. xij. ʒ. ix. M. quātum sufficit. datur in modum nucis ponticæ parue cum tep̄.


¶ Unguentum ad serpiginem.

¶ Unguentū valens serpigini τ impetigini τ elephātie. ℞. aloes. litargiri. arsenici. aurip̄. argēti viui. tartari. mastiē. olibani. cimini. sulphuris viui. picule. axūgie veteris. q. s. postea vnge ad solem vel ad ignem.

¶ Unguentum menficum.

¶ Unguentū menficū ad morpheā et lepre palliationē. ℞. succi lapacij. acu. succi enule. succi consolide ma. et succi mente τ ciclaminis. aā. ʒ. ij. nitri. tartari. boracis. cristalli. corallí albi. sulphuris. aā. ʒ. j. argenti viui: aloe. aā. ʒ. ß. nigelle albe. sanguinis leporis. olei frumēti. aā. ʒ. iij. farine lupinorum. dragagnati. ceruse. gerse. serpentarie. pinguedinis medullarum ossium galline. sinapis al. aā. ʒ. ij. confice cum vnguēto ci. vel pinguedine vel oleo cuꝫ quo succus fumiterre. et lapacij. τ enule. coquatᷓ ad succorum consumptionem.

¶ De variolis τ morbillis.



